



COMMVNES IN DVBIO IVRIS CONCLVSIONES,

Quæ singularia vocantur

TAM IN DVBIO IVRIS, QVAM FACTI

Summo labore in vnum congestæ, & Alphabetico ordine dispositæ.

AVCTORE

IVLIO CÆSARE CALVINO

I.C. Coll., & Patricio Derthonensi, Ciueq; ac Aduocato Mediolanensi, nunc Iudice in Prætorio Mediolani, ad signum Equi.

Opus sane nouum Iudicibus, & Aduocatis cæterisquè in foro versantibus vtilissimum.

CVM PRIVILEGIO.





MEDIOLANI, M DC LI.

Apud Ludouici Montiæ ad Plateam Mercatorum. *Superiorum permissu.*

EXCELLENTISS. PRINCIPI

DON ALOYSIO CARILLO DE BENAVIDES, ET TOLETO,

Marchioni Formistæ, & Caracenæ, Comiti Pinti, Supremi Consilij rerum bellicarum S. R. M. Consiliario, eiusdemq; Cubiculario, atq; Gubernatori Capitaneoq; Generali Dominij Mediolani.

IVLIVS CÆSAR CALVINVS

Iudex Prætorius ad signum Equi Mediolani F. P.



Ortunatissimus ille nobis illuxit dies, quo ab Augustissimo maximo atq; Catholico nostro Rege, demandatam tibi esse Insubriæ Prouinciam, accepimus; Quippe lętissimum illud nuntium, etsi de singulari tua virtute opinionem maximam, quam alias experti fuimus, antequam in Belgium proficisceteris, restaurauit; Eam tamen superatam,

tam, momento temporis optatissimo earum rerum, quas quotidie experimur exitu; tum in re militari, tum in Populorum moderatione, non sine animorum nostrorum lætitia, atq; admiratione gratulamur. Hinc est tum generosa illa immitis hostis, validissimis viribus trucidantis nobiliorem Insubriæ partem repressio, atq; eiusdem expulsio, dum virtute tua coactus, per montana Ligurum difficillimum iter accipere, dimissis impedimentis die, noctuq; per compendia viarum ad Pedemontana se retrahere, amissa copiarum parte; Quod sane nouum, & admirandum in conspectu totius Europæ fuit; Cum antea per apertos agros instructa acie cum grauioribus tormentis, impedimentis ac spolijs nostris ad Montisferati ditionem redire consueuisset, spretis Excell. Tuæ antecessorum viribus; Tum illa vna omnium Imperij tui æquitatem, moderationem, temperantiam concelebrantium publica vox per te iustitiæ æquis omnia lancibus ponderari prouidentia tua incredibili iniquitatem temporum sic temperari tanta, vt repente vilitas annonæ vnius spe, & nomine aduentum tuum sit consecuta, quantam vix

summa

summa vbertas agrorum efficere potuisset; Tuo consilio, tua corporis fortitudine Regnum nobilissimum ab omnium scelerum flagitio, atq; hostis atrocitate, & barbara feritate custodiri, & defendi. Tantis igitur quum omnes fruantur bonis, te vnum prædicant, te laudibus in Cœlum efferunt, atq; celebrant, te vt possunt venerantur. Præcipue vero, me peculiariter deuinctum Magnanimitati tuæ agnosco, quanta eximia in me contulisti benefitia, quibus attentis, certant hic offitium meum, & benefitium tuum; Quamuis si cum tuis mihi beneficijs certandum sit, laborandum vehementer est, ne congressu plane impari causa cadam; Itaq; quod à me ab ste singulari beneuolentiæ significatione deriuatum nouerim, ad te vt par est, non nisi multa obsequij testificatione referam. Has igitur meas (quæcumq; illæ sint) elucubrationes quæ communes cõclusiones IN DVBIO, singularia vocantur *summo labore decerptas, sub fælicissimis tui nominis auspitijs in lucem dare statui, vt æquioribus omnium oculis subijciantur. Accipe igitur Excellentiss. Princeps illas, quæ cum inscriptio-*

ne

ne gloriosissimi tui nominis prodeunt ea fronte, quam mihi non obscuris argumentis sum pollicitus; Faxit D. O. M. vt diu viuas incolumis, vt continuatis victorijs Scipionis, & Annibalis gloriam aeques, atq; superes, simulq; optatam dulcissimam pacem nobis adeo necessariam tandem aliquando comparas; Cum vtilior sit etiam iniusta pax, quam iustissimum bellum, vt inquit Cicero, quam sane stabilem sperant populi, VBI DEVS Regi nostro eam mentem injiciat, qua te diutius nostris bonis inuigilare patiatur, cum Marcelli ensis, & Fabij clypeus (vt apud Romanos) vere huius populi dicaris; Interim vero te etiam, atq; etiam rogo, vt exiguam gratianimi mei significationem, aequi, boniq; consulas. Mediolani Kal. Aprilis M DC LI.

PHI-



HILIPPVS IIII. DEI gratiâ Hiſpaniarum Vtriuſq; Siciliç &c. Rex, & Mediolani Dux III. Significauit nobis Ludouicus Montia Bibliopola Ciuitatis noſtræ Mediolani, ſe in publicum emittere velle opus COMMVNIVM IN DVBIO IVRIS CONCLVSIONVM, QVÆ SINGVLARIA VOCANTVR, Auctore I. C. Iulio Cæſare Caluino Iudice Equiti dictæ Ciuitatis, nunquam antea editum, ſed valde vereri, ne libro edito, alij eum iterum excudentes, impenſæ, & diligentiæ ſuæ fructum intercipiant; atquè idcirco ſibi à nobis hac in re caueri, atquè prouideri petijt. Nos viſis omnibus, & audito Spectabili Senatore Bonetto Præfecto rei Typographariæ, rem literariam adaugere ſtudentibus fauendum cenſentes, morem ei gerendum duximus. Itaq; præſentium tenore ex ſententia Senatus, coram quo negotium propoſitum fuit, ſtatuimus, & inhibemus Impreſſoribus, Bibliopolis, alijſquè omnibus, & ſingulis, ne hinc ad annos decem ab edito libro numerandos narratum opus imprimere, aut imprimi facere, alibiuè Impreſſum in Dominium importare, vel venale habere, aut vendere audeant ſub pœna amiſſionis omnium librorum, & præterea aureorum centum, cuius pœnæ dimidia Fiſco noſtro, reliqua Supplicanti applicetur. Mandantes quibuſcunquè Officialibus, & Iuſdicentibus Dominij noſtri Mediolani, tàm mediatis, quàm immediatis, vt præſentes literas inuiolate obſeruent, & obſeruari faciant, procedendo contra inobedientes iuxta earum diſpoſitionem, atquè tenorem. In quorum fidem præſentes ſigillo noſtro munitas fieri, & regiſtrari iuſſimus. Dat. Mediolani die xxvij. Ianuarij M DC LI.

Locus O Sigilli.

I. B. de Laude.

A tergo regiſtratæ in fil. Patentium.

EGO


GO P. Cæsar Zocchius S.T.D. ac Rector Sancti Ambrosij in Solariolo Mediolani, de mandato Reuerendiss. Inquisitoris perlegi opus, cui inscribitur singularia in dubio in iure pontificio, atq; Cæsareo auctore Perillustri Iulio Cæsare Caluino, & nihil in eo reperi quod Fidei Catholicæ, vel probis moribus aduersetur; ideo dignum illud iudico, quod typis mandetur ad publicam omnium vtilitatem. Datum Mediolani die 10. mensis Iulij 1645.

P. Cæsar Zocchius, qui vtsupra.

Attenta præfata relatione.


IMPRIMATVR.

Fr. Basilius Commissarius Sancti Officij Mediolani.

Io. Paulus Mazuchellus pro Eminentiss. D. Cardinali Archiepiscopo.

Comes Maioragius pro Excellentiss. Mediolani Senatu.

PAR-





ARTICVLARIA passim in iure dicta, siue potius conclusiones summatim adnotarunt Doctores, quas ob casuum singularitatem, singularia appelitarunt, quorum plura volumina compilata leguntur. Sed quia adhuc non satis expressa videntur pro causarum decisionibus sub generali materia legalis scientiæ. Nonum sane, vtilitatiq; publice, valde congruum opus aggredi statuimus, in quo ea tantum singularia exprimuntur quæ IN DVBIO facti, aut iuris occurrunt, Alfabetico seruato ordine, ad comodiorem vsum in foro versantium in modum sequentem.

I.

ABsoluendus IN DVBIO quis potius, quam condemnandus venit, tàm in Ciuilibus iuditijs, quàm in Criminalibus vt decidit, *glosa in l. item mala §. sed si plures ff. ad l. aquil. & arg. tex. in l. scientiam §. castramenta eadem tit.* & ample probat *Cabal. lib. 3. var. resol. casu* 230. *nu.* 11. *Gratian. lib.* 3. *discept. forens. cap.* 525. *nu.* 23.

II.

Absolutoria sententia fauore rei; IN DVBIO lata censetur eo quia non fuit probatum per Fiscum, siue actorem, non autem quia delictum non commiserit reus, ita docet. *Aditionator ad Angelum de Malef. in verbo ad querelam post nu.* 88. *Vers. An autem vbi Hier. in apostilla testatur hanc esse communem opinionem, quam sententiam sequitur Clar. quæst.* 57. *Vers. Sed hic quero, & amplectitur Farin. qu.* 4. *nu.*28.

Quamuis subijciat *Clar.* hanc sententiam non seruari in hoc Domi-

nio Mediolanensi, Cum (*vt etiam testatur in quæst. 62. Vers. Forma autem*) stilus sit quod quando quis absoluitur eo quia crimen non comissit, fertur sententia absolutoria simpliciter, & definitiue; Vbi vero absoluitur, eo quia crimen non fuit probatũ, semper apponitur clausula rebus stantibus, quo casu superuenientibus alijs inditijs semper proceditur iterum contra reum sub ea conditione absolùtum; Primo autem casu secuta absolutione, non potest amplius procedi contra reum absolutum, *vt testatur loco citato Vers. Forma autem.*

III.

Absolutio Iudicis IN DVBIO facta præsumitur ex causa quæ colligitur ex actis *l. si quis ad exhibendum ff. de exception. rei Iud.* Et tradunt *Doct. in l. Iulianus ff. de condi. indeb.* Et ample probat *Caccialupus in repet. l. admonendi nu.* 28. *Vers. Item posito ff. de iure iur.*

IV.

Absolutoria IN DVBIO lata censetur, quia reus non possidebat, Vel actor non probauit huiusmodi possessionem, vt post *glo. in l. si quis ad exibendum ff. de except. rei iud. probat* ibidem *Bart.*, Iudex enim non tenetur exprimere causam in sententia, qua motus fuit ad sententiãdum, vt tradunt *Doct. in l.* 2. §. *ignominiæ ff. de infam.*, *& notat idem Bart. in l. Iulianus ff. de cond. indeb.*

V.

Absentia Canonici IN DVBIO non præsumitur quia esset præsumere delictum cum, is residere teneatur *Oldrad. cons.* 198. *col. fin. Crau. cons.* 88. *sub nu.* 18. *quos sequitur Galin. de verb. sign. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 10.

VI.

Absentia Viri, siue Patris, præsumitur IN DVBIO, vt sustineatur actus gestus ab Vxore, siue filio famil., qui egere valeret ob absentiã viri, aut patris ita probat *Spec. in tit. de actore* §. *p. Vers. Sed quid si iste Alber. in vlt. parte Statuti qu.* 84., *Alex. cons.* 80. *col. vlt. lib.* 5. *quos sequitur Tiraquel. de legib. connubial. glos.* 8. *nu.* 29. *cum seq. plur.*

Ibi tamen ex *Bar. in l. is potest. ff. de acquir. hæred.* contrarium verius esse concludit, Cum, quis præsens esse præsumatur in loco vbi habitat. Ad rem *Caualc. decis.* 17. *num.* 38. *par. p. & Vincent. de Anna singul.* 669. post hæc scripta à me visus.

Vide

Vide infra Verbo Præsentia.

VII.

Absurda euitanda IN DVBIO veniunt, Itaut fiat interpretatio tàm in contractibus, quàm in testamentis, & priuilegijs, ne sequatur absurdum *l. p. §. si is qui nauem ff. de exercit. l. non aliter ff. de lega. 3. Corn. cons. 222. col. 4. lib. 4. Castrens. cons. 71. in fi. & cons. 185. nu. 2. lib. 2. late Gabr. cons. 69. nu. 13. lib. 2.*

Abratio vide infra verbo Cancellatio.

VIII.

Actus quo induci, vel excludi potest hæreditatis aditio IN DVBIO est interpretandus vt vtilior sit possessori *l. p. & 2. ff. de solut. Castr. in l. p. C. de repud. hæred. & cons. 351. col. 3. lib. p. Alex. cons. 32. nu. 7. lib. 3. & cons. 89. nu. 9. lib. 4., Socin. iun. cons. 131. nu. 5. lib. p., Crau. cons. 33. nu. 11. & cons. 197. nu. 4. ac cons. 456. nu. 2.* Et ample defendit *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 101. nu. 34. cum seq. Maranta in repet. l. is potest. nu. 58. ff. de acquir. hæred.*

IN DVBIO enim quilibet præsumitur eo modo actum facere, quo sibi vtilior fit *Bar. in l. gerit nu. 21. ff. de acquir. hæred. per tex. in l. p. & 2. ff. de solut., Menoch. de arbr. casu 126. nu. 8., & tr. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 46. ac præsũpt. 136. nu. 16., Aldou. cons. 2. nu. 51. Peregr. cons. 46. nu. 19. lib. p., quos sequitur Giurba decis. 43. n. 17. prope finem*, Et nouissime Ill. Regens Fabius Capycius Galeota *contr. 56. nu. 28. lib. p.* inquem post hæc scripta incidi.

Contrarium tamen statuisse videtur *Vlpianus in l. si pupillus* (alias incipiebat Iulianus) *§. fi. ff. de acquir. hæred. & post Romanum in cons. 154. nu. 2. probat Card. Mant. tr. de coniecturis vlt. volunt. lib. 12. tit. 9. in 6.*, IN DVBIO scilicet, ex actu qui potest habere duplicem sensum, iudicandum esse non induci aditionem; Quamuis prima opinio ÆQVIOR videtur, quam sequi debemus ex triuiali regula. Vt actus vtilior agenti diudicetur.

IX.

Actus IN DVBIO præsumitur factus ob præcedentem causam idest in executionem actus præcedentis *l. quadam mulier ff. de rei vendic. l. 2. C. de acquir. possess.* & respondit *Crau. cons. 135. nu. 11. & cons. 284. num. 6. quem sequitur Menoch. cons.* 409. *num.*

54. *Galin. de verb. significat. lib. 5. cap. 18. num. 56.*

X.

Actus IN DVBIO valere potius quam aliter declarandus est, vt in hæreditatis aditione facta per minorem, qui idcirco læsus non est iudicandus vbi de læsione non appareat, cum lucratiuum titulum habeat aditio hæreditatis *l. p. C. de imp. Luc. descript.*, & plene probat *Maur. tr. de rest. in integrum cap. 127. num. 7. pag. 155., Pro qua conclus. facit tex. in l. quoties ff. de rebus dubijs, Alcia. consf. 18. num. 14. lib. 5. tom. 2.* Vbi IN DVBIO affirmandum est actum potius va'ere quam perire de qua, *Bar. in qu. 17. num. 2. in fi. Limitatur conclus. in Odiosis vt infra in verbo Odiosus ex Card. Mant. de ambig. lib. p. tit. 17. nu. 32. lib. p.*

XI.

Actus IN DVBIO gestus præsumitur proprio nomine, non alieno *l. & magis ff. de solut. cap. quoniam Abbas de Officio Deleg., Mascard. de probat. conclus. 1239. præsertim nu. 11. & 23. & nouiss. probat. Ill. D. Regens Capyc. Galeota controu. 19. nu. 7. lib. 2.*

XII.

Actum facere IN DVBIO quis præsumitur in casu sibi concesso, non autem in casu prohibito *l. quoties ff. de verborum obligat., & l quoties ff. de rebus dubijs cap. Abbate de verborum signif., Blanc. tr. de inditijs num. 358.*

XIII.

Pro actu secundo valido IN DVBIO iudicare debet Iudex, quam pro primo qui difficultatem patetur, vt de secundo matrimonio valido reiecto primo respondit *Alcia. consf. 69. num. 7. lib. 6. tom.* 2. maximè cum verisimiliter orta sit indignatio inter actorem, & reum eo casu, vnde probabiliter posset dubitari de futuro scandalo, cui Iudex occurere debet *cap. præterea de spons., Corn. consf. 196. in fine lib. 2.*

XIV.

Pro actus validitate, IN DVBIO factus ille censetur tempore habili & licito, quando certo tempore licite fieri poterat *Bar. in l. non solum §. sed & probati ff. de operis noui nonciat. Dec. in cap. auditis de præscript. ad rem Ias. in l p. col. 6. C. de seruis fugit. quos sequitur Magon. decis. Lucensi 81. nu. 15.*

Actus

XV.

Actus IN DVBIO gestus ab eo præsumitur, ad quem negotium *spectat. l. vlt. C. de alim. pupil. præstand. Bart. in l. cum seruus ff. de verborum obligat., Menoch. lib. 3. præsumpt. 15. nu. 154., quos sequitur Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 570. num. 42. cum seq.*

XVI.

Actus secundum propriam naturam gestus IN DVBIO præsumitur, *l. cum dotem C. de iure dotium, & ibi Bal.*, Idem cum naturaliter, vel essentialiter conuenit qualitas expressa, *vt tradit Sapia in repet. l. precibus nu. 42. C. de Impuberum, & alijs substit.*

XVII.

Actus IN DVBIO purus non conditionalis præsumitur *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 175. nu. 2., & cons. 711. nu. p.*

XVIII.

Actus correspectiuus IN DVBIO minime præsumitur *l. cum eiusdem 34. ff. de edil. edicto, & probat Grat. lib. 3. discept. forens. cap.* 548. *num.* 22.

XIX.

Actus IN DVBIO actus præsumitur ex causa magis principali *glos. & Bal. in l. non vero.* Ex quibus causis maiores *Cran. cōs. 202. sub n. 15., & tradit Galin. de verb. signif. lib. 5 cap. 18. nu. 58.*

XX.

Actus qui duplici ex causa fieri potest, nempe voluntaria, aut necessaria IN DVBIO ex necessaria causa factus censetur *l. fi. vbi Bar. C. de alim. pupillo præst. Signorol. cons. 103. num. 6., Surd. cons. 164. num. 26., ac decis. 15. num. 13. quem sequitur Ill. Regens Capycius Galeota contr. 47. num. 62. lib. p. vbi seq. num.* scribit actum præsumi necessarium, qui fit ex necessitate præcedentis actus ex *Surdo decis. 305. num. 34., & decis. 71. num. 9. Galin. de verb. signif. cap. 18. num. 57. lib. 5.*

XXI.

Actus IN DVBIO licitus reputatur, & sic non delictum *l. merito ff. pro socio Alex. cons. 128. quoniam abonde lib. 4., Bar. in l. non solum §. sed vt probari & ibi Alex. & Ias. ff. de operis noui nonciat. Abb. cons. 68. quos sequitur Vacarius in epitome excusat. à crimine*

falsi, verbo, actus, registr. post Carpan. ad Const. Mediol.

XXII.

Actus solito modo gestus IN DVBIO intelligitur *L. quod si nolit* §. *quia assidua ff. de edil. edicto, Roma. singul.* 197. *Marsil. singul. p. Anton. Gabr. com. opin. tit. de praesumpt. conclus. 6. nu. 4. lib. p., Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 5. glos. ad lit. O. de regalibus, & in cap.* 8. *quaest.* 32. *nu.* 15.

XXIII.

Actus quod frequentius euenit, aut vltimus est IN DVBIO attendendus quando diuersimode fuit gestus vt post *Menoch., Crau. & alios ex l. mala* §. *sed si alimenta & l. scio* §. *p. ff. de alim. & cibar. legatis probat Andr.* Knichen. *de iure Saxon. cap.* 3. *nu.* 337., *& Franc. à Ponte decis.* 37. *quos sequitur Ill. Regens Capycius Galeota contr.* 31. *num. 6. lib. p.*

XXIV.

Actus factus IN DVBIO praesumitur iuxta praecedentem tractatum *l. Titia* §. *idem respondit ff. de verb. oblig. & l. si defensor* §. *interrog. ff. de inter. ait Caphal. cons.* 708. *nu.* 64.

XXV.

Actio intentata, quae potest capi vt actio generalis, & vt specialis IN DVBIO intentata censetur tanquam actio specialis *Bar. in l. hoc legatum ff. de legatis* 3. *& in l. p. in fine ff. de edendo Alex. & caeteri in l. certi conditio col.* 2. *ff. si certum pet. quos sequitur Curt. iun. cons.* 5. *num.* 5. *lib p.*

XXVI.

Acquisita IN DVBIO praesumuntur propria pecunia, non autem aliena *Bar. in l.* 2. *ff. pro socio, & in l. Titium* §. *altero nu.* 2. *Vers. Si vero dubitatur ff. de administr. tut. Crau. cons.* 191. *nu.* 8., *& cons.* 244. *nu* 6. *Paris. cons. vlt. nu.* 19. *lib. p., Dec. cons.* 20. *nu.* 10., *& post eos latissime Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 46. *num.* 7. *& in cons.* 213. *num.* 36.

XXVII.

Acquisita per filiam famil., IN DVBIO acquisita praesumuntur ex bonis patris ad euitandam suspitionem turpis questus, sicut in vxore *l. quintus ff. de donat.* inter virum, & vxorem. Secus autem in filio masculo,

masculo, cum quodam modo habeat dominium, vt inquit *Bar. in tract. de duobus fratrib. nu. 5. fol.* 111.

XXVIII.

Adita hæreditas IN DVBIO non præsumitur, quando actus, per quem adiri potest hæreditas, duplicem habet sensum *l. si pupillus* §. *fin. ff. de acquir. hæred. Roma. cons.* 154. *num.* 2. *Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 6., *quos seq. Vincent. de Anna singul.* 384.

XXIX.

Adita hæreditas IN DVBIO non præsumitur, si in ea nihil est, cuius contemplatione adinuenta fuit falcidia §. *p. Instit. ad l. falcid. Corn. cons.* 46. *nu.* 14. *lib.* 2., quem sequitur *Ioseph. Ludou. conclus.* 16. *vers. In dubio, Natta cons.* 448. *nu.* 20.

Non enim ità de facili præsumitur animus adeundi hęreditatem debitis inuolutam, vt post *Corneum probat Ludouis. decis.* 460. *n.* 15. Repudiatio vero hæreditatis inducitur quando quis affirmauit nolle esse hæredem, vt post *Bar. & eundem Corn. cons.* 312. *nu.* 2. *vers. nam pro ista lib.* 3. *probat Bursa. cons.* 83. *nu.* 16. *lib. p. & Ioseph. Ludouis. cit. conclus.* 16.

Quæ aditio fieri nequit per Procuratorem generalem, tàm tacitè, quàm expresse *l. Paulus ff. de acquir. hæred.* Prout neq; Procuratoris confessio habet vim constituendi hæredem eius principalem, idē *Corn. cons.* 356. *nu.* 6. *lib.* 4. quem sequitur *Ludouis. cit. decis.* 460. *nu.* 15. *vers. Adito tamen, & nu.* 3. vbi tradit requiri mandatum speciale ad inducendam hæreditatis adhitionem, neq; sufficere ratihabitionem, vt ex *Felino tradit Ludouis. cit. nu.* 3.

XXX.

Adita hæreditas paterna per filiū IN DVBIO pręsumitur, quando is inhabitauit paternam domum, vel alia hæreditaria bona possedit, non facta protestatione quo titulo possideret, *tex. est in l. p. C. si ab hæred. abst.*, & latè probat *Maranta in repet. l.* 15. *potest n.* 58. *ff. de acquir. hæred.* & tradit *Fachin. lib.* 6. *contr. iuris pleno cap.* 58., quidquid in contrarium dixerit *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 99. *n.* 4. *cum seq.*, *qui conclusionem limitat in præsumptione* 101. *nu.* 72. *vers. Respondeo p.*, *cum Apostulus dicat*, Si filius ergo hæres, vt ibidem refert *Menoch.*, quàm con-

conclusionem post *Fabrum sequitur Ricc. collect.* 566. *vers. quod in dubio par.* 3.

XXXI.

Aduocatus patrocinari licitè potest IN DVBIO facti etiam in caussis criminalibus contra reum, *Merolla in disput. Theol. tom. p. disp.* 3. *cap.* 4. *Corolar.* 6. *nu.* 56., quem sequitur *Diana par.* 4. *resol. moral. tract.* 3. *resol.* 47., Munus enim etiam Aduocati non est rem definire, sed tantum proponere sincerè factũ, & merita causæ, vt Iudex postea illa expendendo iuste sententiam ferat, quàm sententiam amplexus potius fuerat idem *Autor in par.* 2., *tract. de opinione probabili resol.* 6. quid in contrarium scripserit *Io. Salas in p.* 2. *tract.* 8. *disp. vnica sect.* 11. *nu.* 108.

XXXII.

Ademptio hæreditatis IN DVBIO pro pæna præsumitur facta *Ruin. cons.* 20. *num.* 5. *lib.* 2. *Alex. in l. Ita stipulatus col. vlt. vers. per quam opinionem limitat. ff. de verb. oblig. Menoch. cons.* 78. *num.* 4. *&* 11.

XXXIII.

Aduẽtitia IN DVBIO censentur donata nepti, aut nepoti per Auũ, & sic data contemplatione nepotis non filij *glo. Bar. & cæteri in l. qui in aliena* §. *interdum ff. de acquir. hæred. vbi Ias. nu.* 26., & latè *Menoch. cons.* 183. *nu.* 15.

XXXIV.

Adulterium IN DVBIO præsumitur, & filij adulterini *arg. tex. in cap. aliter negetur* 15. *quæst.* 5. *Prapos. in cap. lator vbi glos. penult. in quæst.* 2. qui filij sint legit. quem sequitur *Alciat. cons.* 1. *num.* 2. *lib.* 5. *tom.* 2.

XXXV.

Administratio Tutoris IN DVBIO interdici potius debet, quàm ei adiunctum dare *l. eum C. de susp. tut.*, *Bar. in l. si tutor eodem tit.*, *Grat. Fratus cons.* 44. *n.* 12. *cum seq. lib. p.*, quos sequitur *Gratian. lib.* 3. *discept. forens. cap.* 532. *nu.* 35. qui scribit semper stari debere arbitrio Iudicis circa tutoris remotionem, vel diferendi tempus confectionis inuentarij cum similibus per *Menoch. de arbitr. casu* 174. *nu. p. cũ seq. post Gozad. cons.* 17. *nu.* 2. *& Albam cons.* 580. *nu.* 3.

Æqua-

XXXVI.

Æqualitatem inter liberos,& hæredes seruare velle testatorem IN DVBIO præsumitur, *l. cum pater* §. *pater pluribus ff. de lega.* 2. *Marcell. Maur. allegat.* 25. *nu.* 10.

Vide infrà in littera E.

XXXVII.

Affectio testatoris IN DVBIO eadem erga pronepotes, prout erga nepotes censetur *Menoch. cons.* 124. *nu.* 78.

XXXVIII.

Agnato vasalli IN DVBIO fauendum potius est quam Domino Feudi, quando controuertitur inter ipsos de iure Feudali, *arg. l. non puto ff. de iure Fisci, & probat Curt. sen. cons.* 49. *nu.* 7.

XXXIX.

Aggressor IN DVBIO is præsumitur qui contra solitum ensem, aut alia arma detulit, *glo. in l. licet C. de pactis, Bald. in l. raptores C. de Epis. & Cler., arg. l. p.* §. *cum arietes ff. si quadrup. pauper. fecisse dicatur, Gramat. voto* 24. *nu.* 6. *cum seq. quos sequit. Cabal. lib.* 3. *var. resol. casu* 231. *nu.* 11.

XXXX.

Aggressor IN DVBIO præsumitur is, qui alios rixantes superat *Cepolla cons.* 28. *vers. vlt. & cons.* 29. *Alcia. præsumpt.* 39. *reg.* 3. *tract. de præsumpt., quos sequit. Menoch. de arbitr. casu* 363. *n.* 6. *& Cabal. lib.* 3. *var. resol. casu* 231. *nu.* 18. *cum seq.* Ratio est quia IN DVBIO præsumitur Agressor is, qui est fortior,& validior, vt subijcit *Cepolla cit. cons.* 28. *vers. decimo, quem sequitur Alcia. cit. præsumpt.* 39. *nu.* 4. *Menoch. all. casu* 363. *n.* 6. *cum seq.* vbi materiam hanc plenissimè examinat, quos sequitur *Rimin. iun. cons.* 217. *nu.* 21. *lib.* 2., de qua materia egimus nos *in tract. de æquitate lib.* 2. *cap.* 130. *nu.* 49.

XXXXI.

Agressor is IN DVBIO præsumitur, qui primus arma denudauit, *Cepol. cons.* 29. *sub nu.* 29. *vers. sexto quia, Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap.* 30. *nu.* 18. *& post eos Cabal. lib.* 3. *var. resol. casu* 231. *nu.* 11., *& diximus nos in tract. de æquit. lib.* 2. *cap.* 130. *nu.* 55. *post Vulpel. resp. crim.* 118. *nu.* 20. *vers. indicant ment.*

XXXXII.

Aggressor si ignoratur, & sic IN DVBIO res est, omnes imputati sunt absoluendi à pęna primæ euaginationis. Vbi proclama, siue Statutum excusat à prima euaginatione prouocatum, vt in hoc Dominio Mediolani disponũt Proclamata Excell. Gubernatoris, *Io. Faber in §. Ius autem gentium col. vlt. Instit. de iure naturali gent & Ciu. Alcia. de præsumpt. reg. 13. præsumpt. 35. nu. 1. cum seq., Boer. decis. 237. col. pen. vers. secundo quæro, quem sequitur Bertazol. cons. crim. 133. nu. p. lib. p.*

XXXXIII.

Aggressor si est IN DVBIO quis fuerit ex duobus simul altercantibus, quorum vnus occisus remansit, non punitur alter ordinaria pena homicidij, sed extraordinaria. *Bal. in repet. l. p. C. vnde vi quæst. 12. col. 12. quem sequitur Corneus cons. 274. sub nu. 2. vers. nec obstat lib. p.*, vbi subijcit, quod ex quo probatio deffensionis est incerta, & obscura quis aggressor fuerit nihil releuat *arg. cap. in præsentia de probat. & l. certum C. de confessis*.

XXXXIV.

Aggressor debilis, ne à potentiore percutiatur pugno, potest IN DVBIO se deffendere gladio. *Bal. in repet. l. p. nu. 16. C. vnde vi, quẽ sequitur Mascard. tract. de probat. conclus. 1126. nu. 35. in fine.*

XXXXV.

Aggressorem fuisse illum IN DVBIO iudicandum est, qui aliquã iniuriã, aut vulnus prius receperat; præsumitur enim quod vindictę causa inimicum sit aggressus, vt inquit *Cepolla cons. 28. vers. octauo subest. quem cum alijs citat Menoch. de arbitr. casu 363. nu. 3. lib. 2. quos sequitur Anna post hac scripta visus sing. 693.*

XXXXVI.

Aggressor IN DVBIO is præsumitur, qui primus cæpit verba contumeliosa in alterum proferre, *Cepol. cons. crim. 29. nu. 6. vers. Item quia, Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 30. nu. 17. quos sequitur Cabal. casu 231. nu. 6. cum seq. & nu. 16. lib. 3. var. resol.*

XXXXVII.

Agri proprij culturam IN DVBIO deserere quis non præsumitur ita docet *Petrus de Vbaldis tract. de duobus fratribus par. 3. sub n. 39. vers.*

verſ. Nemo enim regiſtrato in lib. 6. tract. par. p. fol. 173. *à ter.*

XXXXVIII.

Alienatio facti per poſſeſſorem bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum IN DVBIO facta præſumitur in fraudem fideicommiſſi *l. ſi Titius ff. ad Sen. conſ. Trebell. Alcia. conſ. 66. nu.* 14. *lib.* 9. *tom.* 3.

XXXXIX.

Alienatio facta per Prælatum conſanguineis de bonis Eccleſiæ IN DVBIO fraudulenta non vtilis Eccleſiæ cenſetur, vbi non conſtat de Eccleſiæ vtilitate Scrib. *in Auth. quibuſcunq; C. de Sacroſ. Eccl. Alcia. tract. de præſcriptionib. reg. p. præſumpt.* 20 *nu p. cum plur. ſeq. & Rota deciſ.* 69 *nu.* 28 *par.* 2. *in nouiſſ., quos ſequitur Menoch conſ.* 817. *nu.* 57. *cum ſeq. & Canalc. deciſ.* 45. *nu.* 54. 56., *&* 60. *par. p.*

L.

Alienatio neceſſaria potius, quàm voluntaria ex cauſa IN DVBIO facta dicitur Petra *de fideicom. quaſt.* 8. *n.* 312. *Gratian. lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 275. *nu.* 8. *Rimin. iun. conſ.* 147. *nu.* 20. *quos ſequitur Giurba ad Statuta Meſſanæ cap.* 9. *glo.* 2. *par.* 2. *nu.* 29. *pag.* 574.

LI.

Alienatio IN DVBIO, nec doloſa, neq; fraudolenta præſumitur *l. quoties §. qui dolo ff. de probat., & probat. Peregr. de fideicom. art.* 40. *nu.* 51. Niſi ex coniecturis contrarium appareret, vt ſubijci *Peregr. per l. dolum C. de dolo.*

LII.

Alimentorum fauore IN DVBIO prononciandum eſt *Corduba in l. ſi quis à liberis §. Verum nu.* 75. *de liber. agnoſc., Surd. de alim. tit.* 9. *quæſt.* 15. *nu.* 12. *quos ſequitur Gratian. lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 374. *nu.* 16., *& cap.* 586. *nu.* 15. *lib.* 3., *ac cap.* 966. *nu.* 22. *lib.* 5. IN DVBIO enim fauore petetis alimenta iudicari debere ſubijcit Gratian. *d. cap.* 966. *nu.* 22. *&* 28. *poſt Iaſ. conſ.* 178. *in fin. lib.* 2. *Menoch. conſ.* 8. *num.* 10., *Cran. conſ.* 138. *num.* 35., *& Pretium de interpret. vlt. volunt. lib. p. ſolut.* 5. *nu.* 4.

LIII.

Alternatiuæ natura IN DVBIO eſt alternare æqualia, vel parum diſtantia *Socin. in l. p. nu.* 4. *ff. de rebus dubijs, Ripa in cap. Inter cæteras nu.* 34. *de reſcriptis*, videlicet quando vnum ex alternatis

esset illiquidum, & veniret arbitrandum, quia tunc arbitrari debet iuxta qualitatem alterius, vt probat *Ludouis. decis.* 431. *nu.* 5.

LIV.

Amicus quis præsumitur IN DVBIO, non autem inimicus §. *si quis vero in Auth. de testibus, & in l. in ratione §. cum quidam ff. ad leg. falcid. Crau. cons.* 8. *nu.* 8. *Gozad. cons.* 89. *in fin.*, *Bello. cons.* 63. *nu.* 12., *quos sequitur Farin. quæst.* 49. *nu.* 126. Ratio est quia cum inimicitia sit contra ius naturale ea non præsumitur, *l. vt cum ff. de inst. & iure, & subijcit Farin. in fine*.

LV.

Annua pensio, vide infrà in verbo pensio.

LVI.

Anterioritas instrumenti celebrati eodem die IN DVBIO præsumitur pro possessore, vide infrà in verbo possessio pro persona priuilegiata, & tradit Menoch. *cons.* 845. *nu.* 72. *Amator Roderiquez de priuil. cred. par. p. art.* 5. *sub nu.* 13. *vers. Rursus ea omnia*.

Prout pro benigniore actu IN DVBIO iudicandum esse, probat *Alcia. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 43. atq; pro priuilegiato, inquit Card. Mant. *tract. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 22. *nu.* 69. *Gratian. lib. p. discept forens. cap.* 88. *nu.* 6. *& cap.* 161. *nu.* 26.

LVII.

Animæ fauore IN DVBIO via tutior est eligenda, *Bal. in cap. fin. col.* 2. *&* 3. *de consuetud.*, *& in cap. bone col.* 5. *de postulat. prælator. quem sequitur Hector Felic. allegat.* 15. *nu.* 41. *par. p.*

LVIII.

Animus cuiuscunq; IN DVBIO ex facto, non ex verbis, siue ex oratione comprehenditur Petrus *Ærod. lib.* 8. *rerum iudicatar. tit. de venefic. cap.* 12. *post princip. pag.* 1146.

LIX.

Animal dare promittens, aut seruum IN DVBIO intelligitur de viuo, non autem de mortuo Brun. *tract. de verb. dub. sub nu.* 3. *vers. In hac materia*, quod tamen intelligitur de domesticis, non de saluaticis vt ex Rebuffo dixi *in tract. de æquitate cap.* 104. *nu.* 58. *cum seq.*

LX.

Appellatio IN DVBIO admitti debet, etiam in casibus, in quibus regula-

regulariter est prohibita, *glo. in l. qui restituere ff. de rei vendicat. Affl. in Const. Apostolor. & in Constit. Appellationis tempore n. 39. Dec. cons. 29. nu. 8. & cons. 356. nu. 2. Crau. cons. 203. n. 24., Ias. cons. 125. n. 5, lib. 2. Menoch. de recuper. possess. remed. 5. n. 89. & remed. 9. n. 318. quos sequitur Rimin. iun. cons. 70. n. 25., Polid. Ripa sing. obseru. 214. n. 2. Et diximus nos in tract. de aquit. lib. 2. cap. 125. n. p. cum seq. Torniola cons. 10. n. 19.*

Et si autem contrarium statuerit Neuiz. in Silua Nuptiali in verbo IN DVBIO, Dec. *cons. 28. n. 8. Boss. tit. de appell. n. 21. cum seq. addition. ad Albam cons. 252. in addit. magna in fin.*, vbi apertè scribunt, quod quando versamur in mera prohibitiua appellatione, reiicienda IN DVBIO veniat appellatio. Attamen verior, & tutior videtur prima sententia, vt explicat Ripa loco citato, vbi ad contrariũ tenentes respondit.

LXI.

Appellationem non esse desertam IN DVBIO pronuntiandum est, *Castr. in l. p. ff. si quis caut., Dec. cons. 677. n. Plotus in l. si quando sub n. 292. de in litem iur. & probat. Thesaur. iun. quaest. famil. 66. in fin. lib. p.*, qui Plotus vers. inferens ait decisionis rationem esse, quia huiusmodi pronunciatio IN DVBIO est minus damnosa partibus de qua materia egimus nos *in d. cap. 125. n. 8. cum plur. seq. & n. 23. tract. de aquit. lib. 2., Torniola cons. 10. n. 19.*

LXII.

Appellatio IN DVBIO interposita censetur tempore congruo, & opportuno, Rota *decis. 39. de appell. in nouiss., Egid. decis. 349. quos sequitur Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 686. n. 18.*

LXIII.

Appellationem praecessisse comissionem IN DVBIO praesumitur, vt actus valeat Rota *decis. 210. in nouiss. Vantius de nullit. rub. p. quid sit nullitas n. 26.* Limitatur tamen cõclusio in sustinendo excommunicationis sententiam, quia tunc asserenti praecessisse comissionem incombit probandi onus, vt post Rotam *decis. 316. in antiq. tradit Felin. in c. Apostolic. col. 7. vers. Addo etiam de rescriptis, quem sequitur Vantius de nullit. loco cit. vers. Sicuti, & tradit Anna post haec scripta visus singul. 671.*

Appella-

LXIV.

Appellationem admissam esse per silentium Iudicis IN DVBIO est affirmandum, Lapus *alleg.* 124., *Anchar. cons.* 228., *Ruginell. de appell.* §. 6. *glo.* 2. *cap.* 5. *nu.* 8. *vsq. ad n.* 32., *& latissime diximus nos in tract. de aequitate lib.* 2. *d. cap.* 125. *n.* 139. *cum plur. seq.*

LXV.

Appellatione Domicilij, vel Ciuitatis, de qua fiat verbum in Statutis IN DVBIO refertur ad Ciuitatem, vel Domicilium habitationis non originis *Felin. in cap. p. in fin. de sponsal. Dec. cons.* 352. *col. p. in fin. quos sequitur Rol. de lucro dotis quaest.* 22. *n.* 19.

LXVI.

Arbitrio boni viri data cognitio, IN DVBIO intelligitur ad arbitrium Iudicis ordinarij, *Bal. cons.* 434. *n. p. circa finem lib. p.*, *Menoch. de arbitr. in proemio n.* 6. *quos sequitur Bimius cons.* 98. *n.* 75. *cũ seq.*

LXVII.

Arbitrum iuste pronuntiasse IN DVBIO dicendum est, *l. herennius* §. *Caia ff. de euict.*, *& tradit Bimius cons.* 12. *incip. Ptolom. Felin. & Dec. in cap. quoniam contra de probat. n.* 37. *& n.* 48. *quos sequitur Menoch. cons.* 123. *n.* 48. *lib.* 2.

LXVIII.

Vti Arbiter pronunciasse IN DVBIO quis censetur, etiamsi facultatem haberet procedendi etiã vti Arbitrator, ità notat Cremens. *singul.* 148., *& ibi addic.*, *Vant. de nullit. tit. de nullit. & defectu iurisdict. n.* 173. *quos sequitur Carpan. ad Stat.* 117. *n.* 4. *lib. p.*

LXIX.

Arbitrio hæredis relicto fideicommisso per testatorem, intelligitur IN DVBIO de arbitrio regulato, non absolutè libero, vt post Bart. *notat Dec. cons.* 632. *n.* 7. *cum seq.*, *Menoch. de arbitr. lib. p. quaest.* 9. *in fine, vt post Rotam, & Romanum scribit Fontanell. tract. de pactis nuptial. claus.* 4. *glo.* 25. *n.* 28. *& n.* 37. *par. p. lib. p.*

Quam conclusionem esse æquitati consonam probauit eruditiss. Franciscus Cautius in causa Ven. Hospitalis Maioris Cremonæ, contra hęredes Marchionis Horatij Pallauicini in eius iuris allegat. vers. non obstat tertio in fine, & ità censuit Sen. Excell. fauore dicti Ven. Hospitalis die refer. Amplіss. Sen.

& pa-

& patrocinante tunc Peritissimo Aduocato D. Io. Baptista Bonetto eiusdem Ciuitatis Oratore facundissimo nunc Senatore Ampliss.

LXX.

Articuli IN DVBIO admittendi sunt, quando opponitur eos esse impertinentes, *Imol. in cap. per tuas col. p. de testibus, Dec. cons. 162. & cons. 500. n. 13.* Quia IN DVBIO fieri illud debet, & factum censetur, quod vtriq; parti est minus præiuditiale, Tex. *in l. ex his in fine ff. de his quibus in fraud. cred.*, Cætera vide infrà in verbo capitula.

LXXI.

Argumentum ab alimentis ad dotem IN DVBIO valet, quia hæc à iure parificantur, licet non sit perpetua huiusmodi regula, quæ non procedit quando subest diuersitatis ratio, Euerar. *cons. 29. fol. pen. vers. Et procedit, & late probat Surd. de alim. tit. 9. quæst. p. n. 7. in fin.*

LXXII.

Armorum vnio IN DVBIO facta præsumitur ad malum finem, ità probat *Natta cons. 665. lib. 4., quem sequitur Baiard. ad Clarum quæst. 83. vers. Vim publicam n. 14. vbi citat Bossium in tit. de crim. Læsæ Maiest. n. 23. cum seq. & in tit. de vnionib. circa armor. vnionē.*

LXXIII.

Artes duas, qui exercet, IN DVBIO de illa esse censetur, in qua magis se exercet, & si est seruus, in quorum numero Dominus illum numerauit, Brun. *tract. de rebus dubijs n. 34. fol. 35. registr. in lib. 18. tractat.*

LXXIV.

Assistens delicto IN DVBIO præsumitur assistere ex proposito, siue apensate, non autem casualiter, vt late probat *Cabal. lib. 2. var. resol. casu 192. n. 7. per totum præsertim vers. Ego sane teneo, & diximus in tract. de aquit. lib. 2. cap. 130. n. 144.*

LXXV.

Assertioni Clerici donantis Concubinæ, siue Meretrici de illius meritis IN DVBIO standum non est; Quia aliundè probanda sunt merita, vt scribit Anchar. *cons. 247. n. 2. & sequitur Affl. decis. 102. & ibi Vrsil. n. 7.; hoc idem probat Dec. cons. 182. n. 2. quos sequitur Capic. decis. 102. & Crau. tract. de antiq. temp. par. p. in cap. incipien.*

Propositum

Propositum nostrum n.65.cumseq.; Alias enim donatio non valeret, si de meritis aliter non constaret; Cum Clericus nec donare, nec lægare possit Concubinæ, *Bart.in l.miles in haredē* §. *mulier ff. de milit. testam.*, *in l.mulierem ff. de his quibus vt indign.*, *& in l. affectionis ff. de donat.*, *ac in l.* 2.*C. de donat. inter virum, & vxorem*.

Quæ conclusio procedit etiam in Doctore, & Aduocato, vt inquit Io. Andr. *in cap. de his de Sepulcro, & docet idem Bart.in l.p, n.* 3,*C. de dignit.lib.* 12., *Ias.in l. miles n.* 16. *ff. de re iud.*, *& Portius Imol. cons.* 21. *n.*4., & in milite est tex. *in d. l.* 2. *C. de donat. inter virum, & vxorem, & in l. miles in haredem* §. *mulier ff. de milit. testam.*, à quo milite ad Clericum,& ad Aduocatum citati Doctores argumentati sunt; Hi etenim omnes probare debent merita donatariæ,ad hoc vt valeat donatio, Suarez *in Thesauro recept. sentent. lit. D. n.* 193. ; Neq; sufficere iuramentum donantis ad merita probanda voluit Ripa *in d. l. miles n.* 12.*ff. de re iud. & sequitur Crau. cons.* 299. *n. re probato Romano cons.* 43. *n.* 5., *de qua re late Rol. cons.* 98. *n. lib. p.*

Cuius Clerici assertioni etiam standum non erit, si ille emat fundū nomine Concubinæ, affirmetq; emisse illius pecunia; namq; tunc præsumeretur emptionem factam fuisse de pecunia propria Clerici, vt in specie probat *Dec.cons.*132.*n.*2.*quem sequitur Ripa in citata l. miles n.* 10.*ff. de milit. testam.*

Quemadmodum donatio omnis facta mulieri, cum qua coitum punibile habuit donans, non probatis meritis inualida dicitur, vt post Cumanum, Baldum, & Ias. *in all. l. miles scribit Vrsil. ad Affl. cit. decis.* 102. *n.* 3., quidquid in contrarium affirmauerit Capella Tolosana *decis.* 141.

LXXVI.

Assertioni vulnerati IN DVBIO statur, quando affirmat cum iuramento se fuisse vulneratum à tali, nec apparet contrarium in tantū vt sufficiens inditium exindè oriatur inquirendi huiusmodi delinquentem à vulnerato nominatum, Angel. *in l. si quis in graui* §. *si quis moriens n.p. in fin. ff. ad Sillan.*, *Marsil. singul.* 516., *& in cons.* 5. *n.* 14. *cum seq. atq; in eius pract.* §. *diligenter n.*118. *vers. Sed contrariam partem, & n. seq. quem sequitur Casson. tract. de indit. ad tort. tract.* 8. *cap. p. n.*4. *cum seq.*, *& Menoch.de præsumpt. lib. p. præsump.* 89.

89. n. 77. cum seq. Polid. Ripa tract. de actis in mortis art. pleno cap. 16. *quos sequuti fuimus in tract. de aquit. lib.* 2. *cap.* 132. *n.* 4. *cum seq. plur. & n.* 82. vbi materia hæc diligentissime excutitur.

LXXVII.

Assignare verbum IN DVBIO interpretari debet, vt potius significet rationem instantiæ, quam vt transferratur dominium, *Alciat. cons.* 138. *n.* 2. *lib.* 5. *tom.* 2.

LXXVIII.

Assessoris Consilio IN DVBIO actum esse quidquid Officialis, siue Magistratus iuris imperitus, egit. Bart. *in l. quoniam Iudices C. de appellat. Dec. cons.* 8. *n.* 2. *Crau. cons.* 80. *n.* 3. *& post alios multos Giurba cons.* 31. *nu.* 9.

LXXIX.

Auctor rixæ quis IN DVBIO præsumatur, late examinat Caball. *lib.* 3. *resol. crim. casu* 291. *n.* 11. *cum seq. plur.*, & ample diximus *in tract. de aquit. lib.* 2. *cap.* 130. *n.* 35. *cum plur. seq. & n.* 49., vbi exponitur Agressorem præsumi illum, qui est robustior ex duobus simul alercantibus, Item qui erat rixosus, vel armatus contra solitum deambulauit, Item qui erat melius armatus, Item qui erat malæ famæ, Item qui fuerat prius iniuriatus, vel habebat causã vltionis, Itẽ qui alias minatus est, Item qui primo ensem euaginauit, Item qui alium vulnerauit antequam ille ensem euaginaret.

LXXX.

Auus dotare neptem IN DVBIO præsumitur contemplacione filij patris ipsius neptis *Doct. in l. dedit dotem ff. de coll. bon. & probat Cephal. cons.* 485. *nu.* 32. *Surd. cons.* 219. *nu.* 1. *vers. Quia in dubio.*

LXXXI.

BANNITVM receptans IN DVBIO coacte receptare præsumitur *Gramat. decis.* 18. *nu.* 5. *& diximus in tr. de aquit. cap.* 41. *nu.* 27. *lib.* 1.

LXXXII.

Bannitus à Ciuitate IN DVBIO non censetur priuatus, siuè exclusus à benefitio iuris communis late Menoch. *cons.* 603. *nu.* 6. vbi multis fundamentis probat conclusionem loquendo de tribus Statutis Ciuitatis Mediolani.

LXXXIII.

Banni ignorantia, vide infra in Verbo Ignorantia.

LXXXIV.

Bellum inductum à supremo Principe iustum IN DVBIO præsumitur Doct. *in l. præscriptione, & in l. fin. C. si contra ius vel vtilit. publ. & in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. Franc. Arrias tr. de bello & eius iustitia nu.* 219. scilicet ex iusta causa inductum, *Ceual. comun. contra comun. lib.* 4. *cap.* 529. *et cap* 906., Neque Subditi tenentur examinare iustitiam causæ moti belli, vt subijcit Ceual. quem sequitur Ill. Regens Capyc. Galeota *Responso Fiscali* 13. *n.* 157. *in fine*; Quamquam autem contrarium scribat *Barbat. cons.* 38. Tamet illa reprobatur per d. D. Regentem Galeotam dicto Responsio 13. *n.* 222.

LXXXV.

Beneficium simplex non curatum IN DVBIO est censendum, quia tot sunt qualitates ad beneficium Curatum requisitæ, vt merito præsumi non debeant nisi probentur Gutierez *alleg.* 8. *n.* 5. *Gonzales in regula* 8. *Cancel. glos.* 6. *nu.* 91. *quos sequitur Diana par.* 4. *resol. mor. tr.* 3. *resol.* 74., *quam conclusione probat Rebuff. in praxi benef. verbo Seculare benef. n.* 11. *& sequitur Marius Ant. var. resol. lib.* 1. *resol.* 53. *n.* 2.

LXXXVI.

Beneficium siuè Priuilegium Principis, vide infra in verbo Priuilegium.

LXXXVII.

Beneficij impetratio IN DVBIO facta præsumitur post mortem primi beneficiati Cassador *decis.* 20. *tit. de prabendis quem sequitur Io. Vincentius de Anna singul.* 639. *post hac scripta à me visus*.

LXXXVIII.

Beneficium qui recepit à tertio mediante commodato, vt Equi, vel Margaritæ, & similium, si res amissa fuit tenetur IN DVBIO ad eius valorem commodatarius, Namq; IN DVBIO damnum potius pati debet qui commodum recepit, quam qui contulit, *Merola Com. p. disputat.* 3. *cap* 3. *Corolar.* 7. *nu.* 50. *cum seq. Galet. in Margarita casuum conscient. vers. Commodatum, quos sequitur Diana lib.* 4. *resolut. moral. tr.* 3. *resol.* 30., qui contrariam sententiam ibidem tenentes recenset, quamuis priorem sententiam veriorem esse concludit.

Bene-

LXXXIX.

Beneficiatus qui habet beneficium in diuersis Ecclesijs, qua formula vti debeat IN DVBIO in penso diuini officij reddendo, & distinguendum est quando in vna ex Ecclesijs residet; Quia tunc vti ea formula debet; Si vero in neutra resideat, vti debet ea formula, quæ seruatur in ea Ecclesia in qua dignius, & pinguius habet beneficium; Si vero beneficia sunt paria, vti debet ea formula quam habet dignior Ecclesia; Quod si fuerint Ecclesiæ pares dignitate, vti potest ea formula quæ in alterutra Ecclesia seruatur, & qua ipse maluerit, Ita post multos probat Azor. *Inst. moral. lib. 10. part. p. cap. 11. de modo quo, preces horariæ pag. 1209. litt. B.*

XC.

Bonafides IN DVBIO præsumitur præsertim in præscript. *pract. Pap. in forma respons. rei vers. Præscriptiones nu. 16. Dec. cons. 272. nu. 8. Menoch. cons. 115. nu. 3. ei post multos alios per eum relatos probat. Galin. de verborum signif. lib. 5. cap. 18. num. 449. Carpan. ad stat. 113. n. 68. lib. p.*

Vide infra in verbo fides.

XCI.

Bona IN DVBIO allodialia præsumuntur, si non probetur ea esse feudalia *cap. fin. de iudic. cap. nimis de iure iur. l. Caius, & ibi Dinus ff. de annuis lega.*

XCII.

Bona filij à patre prouenisse IN DVBIO minime præsumũtur *Alex. cons. 171. nu. 3. lib. 6., quem sequitur Surd. Decis. 339. num. 18. vers. Quare non Reprobato Matzar. contrar. tenente.*

XCIII.

Bona Eccesiæ IN DVBIO potius in emphiteusim data præsumũtur, quam in censum *Clar. in §. emphiteusis qu. p. Burs. cons. 23. sub nu. 28. quem sequitur Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 18. nu. 108.*

XCIV.

Bona IN DVBIO libera esse præsumuntur vt quælibet res *l. altius C. de seruitut. scrib. in l. si periculo ff. de noui oper. nontiat. Dec. cons. 588., quem sequitur Alcia. cons. 1. nu. 40. cum seq. lib. 3. & diximus in tr. de Æquitate lib. 2. cap. 151. nu. 55.*

XCV.

CALVMNIATVR præsumitur IN DVBIO qui non probauit delictum *Ias. cons. 144. sub num. 25. lib. 2. post Bart. in l. 1. ff. ad Turpil. & in l. Athletæ §. calumniator ff. de infam. Quā tamen conclusionem limitat Ias. nisi accusator.* Ostendat de iusto errore, vt puta si adesset publica fama, vel id intellexisset à personis fide dignis vt explicat Bart. loco citato, *& sequitur Ias. sub dicto num. 25. vers. Nisi ostendat.*

XCVI.

Calumnia IN DVBIO non præsumitur tanquam delictum continens Menoch. *cons. 221. num. 46. & cons. 230. num. 6.* et ita coram me tunc Vic. Præt. Cremonæ alias disserebat eruditiss. D. Cæsar Carena pro resolutione motiui excitati contra Sebastianum Maynardum.

XCVII.

Castra IN DVBIO feudalia potius quam hæreditaria sunt censenda *Cephal. cons. 301. num. 108. cons. 303. nu. 32. Surd. cons. 103. nu. 1. & 2. Rosental. de feudis cap. 2. conclus. 33. nu. 4., quos sequitur Guidobonus Adu. 34. nu. 2., quidquid in contrarium scripserint aliqui per Rosent. & Guidob. ibi citati.*

XCVIII.

Castrum siue Opidum IN DVBIO cuius sit iurisdictionis. Vide infra in Verbo Oppidum.

XCIX.

Carceratus aufugisse IN BVBIO præsumitur culpa Custodis, & per ostium apertum *tex. est in l. fin. vers. Sed si custodia ea vers. Ergo si casu ff. de custodia reorum, Paris. de Puteo in tr. de Syndica. verbo carcer. & carceratus cap. 3. an si plures nu. 6. in fi. Farin. qu. 31. nu. 19. & 20., & sub nu. 28. 29., & nu. 31. cum seq.*

C.

Carceratio affectata IN DVBIO præsumitur, quando citatus iussu Iudicis maioris, se exinde consignauerit in carceribus inferioris Iudicis ex causa delicti leuioris; Aut si ob illud captus, & detrusus fuerit in carceribus Iudicis inferioris; Et tunc exceptio carcerationis vti affectata uon admittitur, & proceditur contra illum tanquam

contumacem *tex. in l. 2. §. simili modo ff. quis caution. Tiraquel. tr. de retract. Linager. §. 35. gl. 4. nu. 27. cum seq. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. des fiede §. 1. num. 10. quem sequitur Caranita in ritu Magne Curia 269. nu. 15. & 16.*

Et ita censuit Senatus Excellentiss. Mediol. anno ni fallor 1621. contra quendam Romanam de Oppido Serrauallis adstrictum fideiussori in Officio Reg. Cap. Iustitiæ ob capitale delictum, qui detentus reperiebatur postea in Oppido Nouarû Ianuensis ditionis ob leue delictum Iubendo, vt ad condemnationem deueniretur contra fideiussorem non obstante noua carceratione prædicta vbi illum non consignasset fideiussor.

CI.

Caducitatis exclusiua qualibet interpretatio IN DVBIO est facienda *l. interpretatione ff. de panis l. cum quedam ff. de liberis, & posth. & cap. Odia de reg. iur., & ampla probat Costa cons. 10. nu. 1.*

CII.

Capitula IN DVBIO sunt admittenda *Hostiens., & Io. de Imola in cap. per tuas de testib., & probat. Ias. in cons. 175. nu. 4. & 5. lib. 2. Ploius in l. si quando nu. 292. de in litem iur. Torniola cons. 10. n. 19.*

CIII.

Capitula pertinentia, & releuatoria IN DVBIO præsumuntur *Osasch. decis. 109. nu. 5. Surd. cons. 165. l. 2. Asin. in eius praxi §. 19. cap. 9. quas sequitur Costa de facti scient. inspect. 31. nu. 5.*

CIV.

Causam legitimam infeudandi rem magnam absolutè IN DVBIO habuisse præsumitur Princeps, quando cum consilio suorum Procerum concessionem fecit, Claudius de Seisello *in rubr. qui feuda dare poss. in p. partic. lim. p., Felin. in cap. 5. tit. de regul. & cons. 11. nu. 4. & litt. E. ac in cap. 4. conclus. 17.*

CV.

Causa donationis IN DVBIO impulsiua censetur non finalis *gl., & scrib in l. p. §. Titio decem ff. de donat., & in puncto tradit Oldrad. cons. 3., Bolognet. cons. 44. nu. 2. lib. 4. Crau. cons. 114. nu. 17. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 10. tit. 4. sub num. 11. vers. Sed probabiliter, par. 2., & diximus nos in tr. de Æquit. lib. 1. cap. 37. nu.*

7. post

7. *post Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 134. num. 34. cum duobus sequen.*

CVI.

Causa in rescriptis inserta IN DVBIO impulsiua potius quam finalis præsumitur, ita probat Sanchez *tr. de matrimon. tom. 3. lib. 8. disput. 21. nu. 20., Sanctarel. var. resol. par. p. quæst. 59. nu. 5. Granado in p. secunda D. Thomæ contr. 7. tr. 3. in disp. 17. sect. 4. nu. 10. quos sequitur Diana lib. 4. resol. moral. tr. 3. resol. 64.*, vbi contrariũ defendentes etiam adducit; Quamuis priorem sententiam veriorem esse concludit vers. Sed ego.

CVII.

Cancellationes factæ in instrumento IN DVBIO factæ præsumuntur tempore confectionis instrumenti, siue scripturæ antequam ea absoluta fuerit *Bal. in l. p. §. sed consulto in ff. de his quæ in testam. deb. Corne. cons. 18. num. 1. lib. 4. quos sequitur Mascard. concl* 1255. *nu.* 18.

CVIII.

Pro cãcellàtione sententiæ criminalis IN DVBIO præsumitur, quando in libro condemnationum cancellata legitur vt post Angelũ de malefic. probat *Tusc. conclus.* 346. *litt. L. num.* 37. *quos sequitur Genua tr. de script. priuata lib. 4. tit. de libris Fiscalibus nu. 3.*

CIX.

Cancellationes factæ in testamento IN DVBIO factæ præsumitur de consensu, & voluntate Testatoris ita probatur *in l. proxime ff. de his quæ in testam. del., & ibi notat Bar., hoc idem tradit Bald. in l. si vnus C. de testam., & late probat Alex. cons. 14. nu. 16. lib. 6. & cons. 104. nu. 6. lib. 7. Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 182. nu. 130.*

CX.

Cautio IN DVBIO danda venit quotiescunquè quis mittitur ad aliquam actum in tertij præiuditium vtpote si reiciatur appell. quoad suspensiuum in prçiuditium appellati & similium *l. si in fraudẽ C. de legibus, & glos. notab. in cap. suscitata in verbo cautionem de restit. in integrum.*

CXI.

Cessio iurium, siue hæredis institutio facta in potentiorem vt Regem

gem vel Ecclesiam Romanam IN DVBIO non præsumitur facta litis causa, siue ad duriorem causam reddendam eorum qui ad hæreditatem siue iura aspirabant; Nisi contrarium ex coniecturis resultaret, & tunc sufficit vt possibile id sit *tex. in l. penul. ff. de hared. instit. & ibi Bald. & in specie notat Illust. D. Regens Fabius Capycius Galeota in contron. 5. nu. 43., & nu. 47. lib. pr.*

CXII.

Census IN DVBIO præsumitur validus, & recte constitutus *l. si prator ff. de Iudic. l. 3. ff. de testam. milit. Cranet. cons. 52. nu. 2., & probat Ludouis. decis. 355. nu. p.*

CXIII.

Census IN DVBIO impositus præsumitur super re ipsa, idest proprietate super qua fuit constitutus census, quam super alijs iuribus, ita probat *Felicia. tr. de censibus tom. 2. lib. 2. cap. 4. nu. 5. quem refert, & sequitur Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 926. nu. 25.*

CXIV.

Census IN DVBIO præsumitur impositicius, & pecuniarius, non autem fundiarius *arg. l. Alcius C. de seruit., & aqua, & ample probat Manent. tr. de iure contr. liuell. q. 3. nu. 4. registr. in tr. Bacacij de cens. pag. 234.*

CXV.

Census IN DVBIO præsumitur redimibilis iuxta consuetudinem regionis *l. semper in stipulat. ff. de reg. iur., Menoch. tr. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 47. nu. 43., Martin. tr. de censib. cap. 7. num. 137. pag. 387.*

CXVI.

Censualis potius IN DVBIO censetur contractus quam emphiteoticus ita probat *Franc. Salme. in lucerna laudamiali Preclud. p. nu. 10. registr. in vol. 10. tract. par. 2. fol. 20. at. Rosental. de feud. cap. 10. quæst. 34. num. 22. p. 2., Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 926. nu. 6.*, Secus fauore Ecclesiæ, vt tradit Corbul. *de iure emphit. tit. de causa priu. ob non solutum Canonem lim. 34. nu. 2. & 3.*

Maxime si Canon non est comensurabilis fructibus vt probat Franch. *decis. 235. num. 2., & diximus nos in tr. de Æquit. cap. 151. nu. 58. lib. 2. Sola ad decreta Saband. tit. de iure emphit. decreto licet glos. p. nu. 23. in fi. vers. Nono.* Cen-

CXVII.

Cenſus IN DVBIO conſtitutus præſumitur titulo emptionis. Quia eo contractu conſtitutus præſumitur cenſus, quo eſt efficatior, & frequentior *l. quod ſi nollit* §. *qui aſſiduo ff. de adilitio edicto, l. ſemper in ſtipul. vbi Dec. ff. de reg. iur. l. ſi fundus ff. de euict., & l. licet la pr. C. locati, & ample probat Martin. de cenſ. cap. 7. quaſt. 3. nu. 124. cum ſeq. pag.* 385.

CXVIII.

Ciuis IN DVBIO quis præſumitur illius Ciuitatis, vel loci in quo habitat ſiue reperitur *Felin. in cap. quoniam col. 2. de officio Cardin., & probat Boſſ. tit. de Principe nu.* 369. *poſt Bald. conſ.* 460. *col.* 2. *lib. p. Carpan. ad ſtatutum* 311. *nu.* 10. *lib. p.*

CXIX.

Ciuis, ex priuilegio electus, ita demum IN DVBIO dicitur Ciuis, ſi ſuſtinet onera, prout alij Ciues, vt probat *Illuſt. Regens Fabius Capycius Galeotta Reſponſio Fiſc. 9. nu. 17. cum plur. ſeq.*

CXX.

Citatus IN DVBIO nemo præſumitur tex. *in cap. ad hoc verbo conuenire de allodial. & ibi Bal. col. 6.*, Neq; ſufficit ſcientia, vbi citatione opus eſt *gloſ. in cap. cauſam de electione, Bart. in l. denonciaſſe ff. de adult., & probat Anna ſingul.* 611. in quem nuperrime incidi, vt diſponitur in Nou. Conſtit. Mediolani tit. de appell. quibus cauetur appellationem debere interponi intra quatriduum à die inthimationis ſententiæ, & ſic neceſſaria eſt inthimatio, nec ſufficit habere ſcientiam de ea.

Citatio IN DVBIO Domi citati non perſonaliter facta præſumitur *Vant. tit. de nullit. ex deff. cit.* 297. *Galin. de verb. ſignif. lib.* 5. *cap.* 10. *nu.* 143.

CXXI.

Clericus IN DVBIO dicitur acquiſiuiſſe ex bonis Eccleſiæ, vbi Eccleſia properauit ad poſſeſſionem rei acquiſitæ: Si vero poſſeſſionem occupauit conſanguineus Clerici, Tunc præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis patrimonialibus, ita docet. Innocentius *in cap. cum ex officio de teſtam. Caſtrenſ. in l. ſi quis Presbiter. C. de Epiſc., & Cler.* ex quo elicitur illud notabile, quod poſſeſſio aliquando mutat titulũ, qui regulariter præſumeretur. Con-

CXXII.

Contra Clericum IN DVBIO prononciandum est, quando agitur de exactione temporalium, ad arcendam auaritiam, *cap. quanto de censibus, Abb. in cap. p. vers. vltimo nota de decimis, Belamera cons. 31. n. 13. vers. sed etiam quia, quem sequitur Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 210. n. 31.*

CXXIII.

Clericus IN DVBIO deliquisse non præsumitur, *l. merito, vbi glo. p. ff. pro socio. Bal. in l. precibus n. 21. vers. excusat. ergo C. de impub. & alijs substit., Natta cons. 549. n. 11. & post multos alios Farin. qu. 85. n. p. & 2.*

CXXIV.

Clerici assertioni IN DVBIO non est standum circa merita concubinæ, cui donationem fecit meritorum causa, vide infra in verbo donatio.

CXXV.

Clericus qui habitum dimisit, illum ressumendo, IN DVBIO reasumpsisse in fraudem præsumitur *l. fin. ff. de his qui sibi mortem consiu. & l. fin. ff. de re milit., Capel. Tolos. decis. 144. Alex. de Neuo cons. 59. num. 3. Clarus quæst. 36. vers. Sed hic quæro, quos sequitur Farin. quæst. 8. nu. 66. in fine.*

CXXVI.

Clericus IN DVBIO quis non præsumitur, cum laicus quis nascatur *Coras. de benefic. cap. 1. num. 4. fol. 292. tract. lib. 15. par. 2.* Et tunc probationes an sit Clericus, vel ne, & habitus sit clericalis vel ne fiunt coram Iudice laico, & ab eo cognoscitur, cum agatur de probatione facti, *Menoch. cons. 912. nu. 14.* secus vero si IN DVBIO agatur de vera cognitione clericatus, quia tunc coram Ecclesiastico Iudice fieri debet vt ibidem concludit Menoch. *nu. 16.*

CXXVII.

Collusio siue simulatio IN DVBIO non præsumitur *l. si superatus ff. de pignor. Bald. in cons. 396. nu. 3. lib. 2.*

CXXVIII.

Contractus IN DVBIO emphiteoticus non censualis præsumitur fauore Ecclesiæ; secus regulariter dicendum est in alijs casibus

vt probat *Corbul. tr. de iure emphit. tit. de causa priuat. ob non sol. canon lim.* 34. *nu.* 3. *Marcellus Maurus alleg.* 29. *nu. p. Marius Antonin. var. resol. lib. p. resol.* 5. *nu.* 4. *& nu.* 26. *ac resol.* 61. *nu.* 6. *&* 7. *Thesaur. Iu. quæst. fan. l.* 43. *nu.* 2. *lib.* 4.

CXXIX.

Contractus IN DVBIO validus præsumitur, & pro illius validitate IN DVBIO prononciari debet *l. si ex pactione C. de vsuris, Crau. cons.* 151. *n.* 33. *Decian. cons.* 62. *nu.* 3. *lib.* 3. *& probat Raudens decis. Pisa.* 17. *sub nu.* 4. *Alexand. Trentacinq. lib.* 3. *var. resol. tit. de empt. & vendit. resol.* 3. *sub nu.* 14. *vers. Quinnam opinio in fin., & Bimius cons.* 376. *nu.* 26.

CXXX.

In contractibus, cōcessū IN DVBIO intelligitur id quod est minimum *l. semper in stipulat de reg iur., cap. in obscuris eodem tit. lib.* 6. *Alex. in d. l. semper §. si quis rogatus nu.* 20. *& ibi Cagnol. nu.* 12. *ff. de reg. iur. Corbul de iure emphit. tit. de causa priuat. ob lineam finitam nu.* 74.

CXXXI.

Contractus IN DVBIO præsumitur cedere ad vtilitatem Ecclesiæ, quando interuenerunt debitæ solemnitates, quæ ex longo tēpore interuenisse præsumuntur vt abonde probat *Iacob. Emilianus cons.* 28. *in fin. vers. & vbi interuenit.*

CXXXII.

Contrahentium voluntates IN DVBIO præsumuntur esse conformes dispositioni iuris communis *l. hæredes mei §. cum ità ff. ad trebel. Menoch. cons.* 979. *num.* 34. *& latissime probat in tr. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt. vlt. iuxta editione Taurini.*

CXXXIII.

Contrahentes præsumuntur IN DVBIO velle vti forma statuti loci in quo fit contractus *Bart. in l. hæredes mei §. cum ita vbi ex tex. ff. ad trebel. & post multos probat. Rubeus cons.* 70. *nu. p.*

CXXXIV.

Contractus, IN DVBIO proprio nomine gestus præsumitur; quādo non exprimitur qualitas procuratoris, vel nominis Mariti, aut Vxoris, siue Tutoris aut Curatoris *tex. in l. & magis ff. de solut., Bart. in l.*

in l. si quis mihi donatum col. 2. vers. Sed quando quid in dubio ff. de donation. & l. p. §. nonciatio col. 2. vers. tu dic ff. de noui operis nonciat. Tiraquel. de retractu linag. tit. p. §. 10. gl. p. nu. 2. & 3., Lamberteng. de contract. glos. 8. verbo Mariti n. p., quos sequitur Giurba decis. 43. nu. 17., & Hector Felic. de Societ. cap. 30. nu. 64.

Contrarium tamen voluit *glos. magna in l. qui in aliena §. si is qui putabat vers. Et forte, & ibi Bart. ff. de acquir. hared. vbi Castrens. Roma. & Ias., Idem Roma. cons. 91. lib. 3. vers. Secunda idem probatur cum alijs quos allegat Lambert.* loco relato nu. 2. qui auctor nu. 3. & 4. distinguendo plures casus, concordat contrarias opiniones, ad quem idcirco remittitur lector.

CXXXV.

Contractus IN DVBIO non præsumitur vtilis, nisi id probetur, ita notat Tiraquel. *de legib. conubial glos. 8. de suom. Mari num. 89. l. Lambert. ad stat. de alien. mul. ad finem tituli quæst. 51. nu. 171. quos sequitur Carpa. ad Statutum Mediol. 328. nu. 107. lib. p.*

CXXXVI.

Contractus à Minore, siue Muliere celebratus sine decreto, IN DVBIO ei damnosus præsumitur, *Corneus cons. 282. nu. 10. & cons. 254. nu. 7. lib. p. Fanuc. de lucro dotis glos. 10. nu. 25. quos sequitur Gratian. lib. 2. disceptat. forens. cap. 267 nu. 22.*

CXXXVII.

Contractus IN DVBIO non iudicatur simulatus *Bald. in cons. 456. col. p. lib. 1. Calc. cons. 36. n. 10., Decius cons. 49. in 4. Paris. cons. 54. nu. 7. lib. p. & cons. 77. nu. 6. lib. 3., Crau. cons. 145. num. 2., & latè Ioseph. Ludou. commun. opin. concl. 51.*

CXXXVIII.

Contractus claudicatio IN DVBIO est euitanda clem. 2. de magi. *Vulp. tr. de pace quæst. 60. nu. 3. positus post Consil. eiusdē auct.*

CXXXIX.

Contractus vnus tantū IN DVBIO intelligitur celebratus, licet duo possent oriri ad diuersa *l. 2. §. vlt. ff. locati, & §. antequaritur inst. eodem Card. Mant. de tacit. & ambigu. lib. 14. tit. 11. nu. 22. par. 2.*

CXL.

Contractum emphiteoticum etiam Ecclesiasticum IN DVBIO

D 2 con-

comprehendere etiam fœminas,& earum descendentes dicendum est *Alex. cons. 61. nu. 4. lib. p., quem sequitur Ruger. cons. 21. num. 18. lib. 2.* cum solo consensu pariat actionem *l. iur. gentium ff. de pactis.*

CXLI.

Contractus nominatus IN DVBIO præsumitur non innominatus & fauorabilior,& fortior dicitur, *Bald. cons. 261. col. 4. vers. praeterea cum dubitatur lib. p. Cotta in eius memoriali vers. Contractus In Dubio,& Curt. Iun. in l. si pascenda nu. 11. C. de pactis.*

CXLII.

Consuetudo fauorabilis IN DVBIO amplianda potius quam restringenda venit, *Molina de primog. lib. 2. cap. 6. nu. 10. Burgos de Paz quaest. 2. nu. 138., Valenzuela cons. 94. nu. 36 quos sequitur Ill. Regens Capycius Galeota responso 2. Fiscali sub num. 47.*

CXLIII.

Consuetudo IN DVBIO semper est attendenda, & ad eam est recurrendum pro contractus interpraetatione, *Remig. tr. de caritat. subsid. quaest. 61. nu. 37., Duenas Reg. 100. lim. p., Magon. decis. Lucensi 7. nu. 18.* quippe etiam in litium decisionibus sequenda est cõsuetudo Prouinciæ, siue Loci IN DVBIIS oppinionibus, *Conar. pract. quaest. cap. 31. in fin. Galia cons. 59. nu. 119. & diximus nos in tr. de aequitate cap. 128. nu. 25. lib. 2.*

CXLIV.

Competentem se Iudicem esse IN DVBIO quis nõ debet pronontiare *glos. in l. de iure ff. ad municipalem, quam allegat Bal. in cap. Imperialem §. praeterea si inter col. 3. de prohib. feudi alienat. per Trider. & in cap. p. col. 2. An apud Iudicem.*

Limitatur tamen conclusio in Maiore Magistratu, qui se esse competentem declarare potest, in præiudicium Minoris Magistratus, puta decernendo talem esse Ciuem, vel colonum Ciuis, compræhensum in decreto Maioris Magistratus de quo in Nouis Constit. Mediol. tit. de feudis cap. interdictum est. Ita exponit Boss. *tit. de foro cõpet. nu 21. & ample tradit Ruginel. Pract. qu. cap. 46. nu. 37.*

CXLV.

Compensandi animo cũ legitima Pater IN DVBIO reliquisse censetur filio *l. quoniam nouella, & l. omnimodo §. Imputari C. de inoff.*

inoff. testam. & probat Corn. cons. 292. *col. p. vers. licet in istis lib. p. Hieron. Gabriel. cons.* 16. *num.* 31. *lib. p. quos sequitur Menoch. cons.* 206. *nu.* 85. *cum seq.*

CXLVI.

Compensatio non fit IN DVBIO cum præambulo debito ab initio ex se voluntario *Surd. cons.* 69. *nu.* 112. *cons.* 7. *nu.* 2. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 110. *quos sequitur Costa de ratione rata qu.* 45. *sub num.* 11. Quia

Compensatio non præsumitur facta cum debito voluntarie contracto Crau. *cons.* 149. *sub nu.* 2. *quem sequitur Galin. de verb. signific. lib.* 5. *cap.* 19. *nu.* 44.

CXLVII.

Communionis ius potius IN DVDIO, quis habere in re, quam seruitutis ius præsumitur *Capol. tr. de seru. Vrban. præd. cap.* 4. *col.* 4. & 5. *quem sequitur Alba cons.* 197. *nu.* 12.

CXLVIII.

Confirmatio actus facta per Superiorẽ ex certa scientia IN DVBIO facta præsumitur Io. Andreas, *& cæteri in cap. penult. de confirm. & sequitur Dec. cons.* 534. *num.* 3.

CXLIX.

Color IN DVBIO præsumitur quæsitus in prohibito contrahere *Alex. cons.* 67. *sub nu. p. lib.* 4. *Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 146.

CL.

Compulsio IN DVBIO non est facienda de contrahendo matrimonio propter datam fidem, cum videatur coacte promisisse, ita probat *Marius Antoninus var. resol. lib. p. plena resol.* 28. vbi multas adducit rationes, & ita iudicatum fuisse testatur, quem sequitur Fontanella *de pactis nuptial clau.* 5. *glos.* 5. *par. p. nu.* 37. *lib.* 2.

Consil. Sapientis vide infra in verbo Sapientis consilium.

CLI.

Consil. Sapientis IN DVBIO datum fuisse præsumitur si à statuto requiritur *Bal. in l. p. C. ne liceat* 3. *prouoc. Alex. cons.* 50. *sub nu.* 3. *lib.* 4.

Con-

CLII.

Consilium IN DVBIO præsumitur in bonum, *Bal. in l. p. col. 10. C. de seruo fug. per glo. in l. actor ff. de re iud. Gallin. de verb. signific. lib. 5. cap. 18. num. 156.*

CLIII.

Consilium potius, quam mandatum IN DVBIO præsumitur in delictis, quia mandatum durius obligat, quod idcirco IN DVBIO præsumi non debet, *Bal. in l. p. num. 10. ff. de seru. fug.*, *Corn. cons. 57. col. 3. lib. 4. Carer. in pract. crim.* §. 3. *num. 37. quos sequitur Bertazol. cons. 172. num. 15. lib. p.*

Consulere vero dicitur qui verbis suadet, vt exponit idem *Bal. in d l. p. num. 6. ff. de seru. fugit.*

Minusq; est consulere quam facere, minusq; quam in facti executione interesse, vt explicat idem *Bal. in l. data opera num. 70. C. qui alus non poss.*, *quem sequitur Bertazol. loco rel. num. 14.* Hæc tamen conclusio locum non haberet in hoc Mediolani Dominio, quando agitur de delictis præmeditatis. *Cum ex dispositione Nou. Const. tit. de pænis cap. homicida* §. *& tamquam*, *&* §. *pari modo*, tam suadentes, quam consulentes, & participes teneantur eadem capitali pæna, qu. tenentur mandatarij.

CLIV.

Consulens malefitium IN DVBIO non tenetur ad damni emendationem, quando non constat delictum fuisse commissum ob datum consilium, sed de hoc dubitatur *Nauar. de restit. lib. 3. cap. 4. dubit. 4. num. 48. Rubell. par. p. lib. 2. qu. 14 sect. 2. num. 5. & 7. quos sequitur Diana lib. 4. resol. moral. tr. 3. resol. 28.*, *in contrarium tenentes etiam allegat*.

CLV.

Communio IN DVBIO contracta non censetur arg. *tex. in cap. quemadmodum vers. alioquin si post de iure iur.*, *& tradit Alba cons. 322. num. 40.* Passim enim videmus, quod iura mandant, vt in diuisionibus singulæ res singulis personis in solidum adiudicentur; Ne propter communionem oriantur discordiæ, § *penult. instit. de off. Iud. & l. non amplius* §. *fin. cum l. seq. ff. de legat. 2.* Ad quas eui tandas cauit I. C. Caius *in l. si qua ff. famil. ercin.*, quod fiat sequestratio

rei

rei communis illam consignando tertio, donec facta fuerit diuisio, secundum quam legem fieri debere respondi superius diebus in causa DD. fratrum Marchionum Pallauicinorum.

CLVI.

Communis res ad vtendum, fruendũ, & gaudendum IN DVBIO dicitur communis pro indiuiso Polid. Ripa *tract. de Indiu. qu. 3. sec. 6. num. 27. iuxta tex. in l. nam & si fur §. fin. vbi glo. vlt. ff. si cert pet.*

CLVII.

Compromissum faciendum esse IN DVBIO dicendum est, ita notat Bar. *in l. si quis in conscribendo per glo. ibidem C. de pactis, & ibi Castrens. Alex. & Ias.*; *Marsil. singul. 467. vers. item scias, Fulgos. cons. 152. supposito statuto in fin. Plotus in l. si quando num. 165. C. vndeui, quos sequitur Ruginell. de appell. §. 6. glo. 2. cap. 3. num. p. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 2. num. 14. par. p. Torniela cons. 10. num. 19.*

Contrarium tamen scribit Bal. *in l. p. ff. qui accus. non poss.*, *quem sequitur Socin. cons. 300. in tertia qu. lib. 2.*, *& Io. Vincent. de Anna singul. 621. post hac scripta à me visus*.

CLVIII.

Consensus præstitus ab eo, qui dilucida habet interualla, præstitus IN DVBIO præsumitur tempore congruo. Cum IN DVBIO fieri debeat interpraetatio, vt actus valeat *l. quoties ff. de reb. dubijs*; Quamuis distinguat Lamber. *de contr. glo. 8. num. 39.*. Quod aut ex aduerso fuerat probatum quem furiosũ fuisse, & tunc allegans illum dilucida habuisse interualla, actumq; celebrasse tempore congruo, id probare debet, vt notat *glo. in cap. fin. verbo compend. de success. ab intest.*, *Anch. cons. 5, col. 2. vers. & si dicatur*, Aut non fuit probatũ furorem, & tunc procedit contraria opinio, vt scribit *Lambert. loco rel.*

CLIX.

Condemnandus IN DVBIO non est vnus pro alio Bal. *cons. 441. in fin. vers. ad illud tamen lib. p. & in l. creditor ff. de pignor. act. Menoch. cons. 53. num. 23. & de arbitr. casu 390. num. 11. quos sequitur Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 525. num. 42.*

Con-

CLX.

Concessionem IN DVBIO realem esse dicendum est, nisi contrarium appareat de intentione concedentis, sicut dicimus de pactis, *l. iurisgentium* §. *pactorum ff. de pactis, & l. si pacta ff. de probat.*, *Bal. in l. apud Iulianum*, §. *si quis alicui ff. de legat.* 2. *quem sequit. Anch. cons.* 327. *sub num.* 2. *in fin. & nu.* 4. vbi inquit quod nisi causa, vel natura rei repugnet semper concessio præsumitur realis.

Et si autem contrarium habeatur in *cap. possessiones* 16. *quis, & in cap. in summa* 25. *qu.* 2. *vbi glo. tenet*, quod IN DVBIO concessio presumitur personalis iuxta ea, quæ notantur *in cap. cum venissent de instit.*, hoc tum procedere scribit *Anchar. num.* 4. in casu dubio, & quando percipi non potest an verba concessionis concepta sint in rē, vel in personam, vt habetur *in l. aut aliter* §. *fin. ff. quod vi, aut clam, & in l. si seruum* §. *ait prætor ff. de acquir. hæred.*, & contra vltimas voluntates est tex. *in d. l. si pater filia ff. de seru. leg.*, non autem quando agitur de casu certo, vt in ea facti specie super qua respondit *Ancharan. loco cit.*

CLXI.

Concessio Principis IN DVBIO donationem non in Feudum continere dicitur *Oldr. cons.* 159. *ex præsenti themate quem sequitur Crau. cons.* 715. *num.* 8.

CLXII.

Concessio IN DVBIO facta præsumitur secundum consuetudinē concedenti s *l. licet C. locati*, *Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 150.

CLXIII.

Concessio cuiuslibet rei IN DVBIO facta præsumitur iuxta ipsius propriam naturam, ita copiose probat Ill. Regent. Capic. Galeota *responso Fiscali* 12. *sub num. p. vers. aut dicta officia*. Et contra concedentem latissime intelligi debet, vt probat Anchar. *cons.* 327. *num.* 3. *in fine*.

CLXIV.

Confitentis fauore IN DVBIO confessio interpretari debet, vt minus ei, noceat *Ant. de Butrio cap. ex literis de sponsa l. Alex. cons.* 183. *lib.* 5. *Dec. cons.* 118., *cons.* 278, *& cons.* 639., *Menoch. cons.* 929. *nu.* 27.

nu. 27. quos sequitur Scarlat. inter cons. crimin. diu. lib. 1. cons. 312. sub num. 34.

CLXV.

Conformes esse sententias IN DVBIO pronuntiandum est, *Dec. cons. 385. num. 2. vers. Sernis, Bursat. cons. 219. nu. 114. lib. 2. quos sequitur Carpan. ad stat. 116. num. 151. lib. pr. Vide infra in verbo sententia.*

CLXVI.

Confessio IN DVBIO fauore confitentes interpretari debet, *Anton. de Butrio in cap. ex litteris in fine de spons. Alex. cons. 182. col. 2. lib. 5. Dec. cons. 118. ad fi. & cons. 278. col. pen. in fin. ac cons. 539. col. 2. in princip. Cranet. cons. 9. col. pen. in princip. quos sequitur Torniola cons. 20. num. 104.*

CLXVII.

Confessio partis IN DVBIO reuocari non potest, cum dicatur euidentissima probatio, & cæteris efficatior *l. vlt. C. de fideicom. Menoch. cons. 372. num. 15.*

CLXVIII.

Confessio facta parte absente IN DVBIO præiudicat confitenti *Bald. cons. 466. lib. 4. Capel. Tolos. decis. 35.*, vel saltem sufficit ad liberandum eum, cuius fauore facta fuit confessio, Guido Papę *decis. 176. de qua re late Thesaur. decis. 199.*

CLXIX.

Confinium mutatio IN DVBIO minimè præsumitur, sed quod illi sint in eo statu, in quo antiquitus reperiebãtur, vt respondit Papin. I. C. *in l. in finalibus, & ibi Bald. & Floria ff. fin. regend. quos sequitur Felin. in cap. cum causam num. 11. de probat. & latè examinat. Mascar. de probat. conclus. 393. num. 8. cum seq.*

CLXX.

Consuetudo Patris familias, siue Religionis IN DVBIO attendi debet Ifernia in cap. p. §. huius autem generis, in quibus casibus feuda amitt., quem sequitur Illust. Regens Capyc. Galeota *controu. 55. num. 16. lib. 2.*

CLXXI.

Consuetudo ꝗ à iusta causa processerit IN DVBIO præsumitur

vt inquit Bald. *in l. de quibus ff. de legibus vers. ex prædictis apparet quem sequitur Alex cons. 123. num. 2. lib. 5.*

CLXXII.

Consuetudo vt cesset IN DVBIO, & obseruetur ius commune pronuntiandum est *Cranet. cons. 462. num. 35. lib. 3. & sequitur Menoch. cons. 1124. num. 30.*

CLXXIII.

Consuetum circa dignitatem, & officium intelligitur IN DVBIO de antecessore magis propinquo *Crau. cons. 545. num. 7. Knichen. in coment. de Saxon non prob. iure cap. 3. num. 338. quos sequitur Ill. Regens Capyc. Galeota resp. Fisc. 12. sub n. 220. vers. & de consuetud.*

Quæ conclusio procedit quando varie actum fuit, quia attenditur vltimus actus facit *l. mela §. p. ff. de alim. & cibar. lega., l. si mater in fi. c. ne de statu def. Ias. in l. diem functo nu. 18. ff. de off. assessor.*

CLXXIV.

Ad Collegium quis IN DVBIO admitti debet, cum regulariter quis habilis præsumatur *cap. fin. de præsumpt. l. ab ea de probat. Bald. in cons. 183. lib. 2. Ias. in l. huiusmodi §. legatum ff. de lega. pr. & cons. 120. lib. 4. quos sequitur Alcia. cons. 30. nu. 16. lib. 2. tom. p.*

Cum enim ista pars nemini sit onerosa, idcirco ea venit elligenda *l. p. §. si quis caut.* in eoq; quod nemini lædit benignior via sit sequenda *l. p. §. item Varus ff. de aqua pluu. arcenda & tradit Alcia. loco rel. n.* 18. & hanc sententiam amplectitur Menoch. *cons. 96. num. 27. & 29. & cons. 227. n. 4. cum plur. seq. vbi loquitur de nouitio admittendo etiamsi ex 42. votis 27. due sint concordes, & 19. discordes Franch. decis. 2. num. 28. & decis. 297. num. 8. & Vincent. de Anna singul. 627. nuperrime à me visus.*

CLXXV.

Collecta imponi IN DVBIO dicitur personis pro rebus, siue pro viribus patrimonij *l. rescripto in fin. ff. de muner., & honor Bart. in l. 4. §. actor. n. 2. cum trib. seq. ff. de re iud. Canal. decis. 68. n. 3. in addit. quos sequitur, Lossæus tr. de iure vniuers. par. 3. cap. 9. nu. 17. pag. mihi 159.*

CLXXVI.

Collectæ impositio facta IN DVBIO dicitur personis pro viribus

bus patrimonij *l. rescripto in fine ff. de muner., & honor. Lossens de iure vniuers. part. 3. cap. 9. n. 17.*

CLXXVII.

Conteſtes eſſe teſtes IN DVBIO dicendum eſt, quando vnus deponit de vno menſe, puta Auguſti, & alius de menſe proximo, vt puta Iulij, addita clauſula, ſi bene recordatur, *Bal. in l. de quibus col. vlt. ff. de lega., & in Rubr. ff. de rer. diuiſ.* Vbi inquit teſtium dicta iuuari debent non autem calumniari, *Alex. conſ. 156. col. 3. verſ. non obſtat lib. 5. & conſ. 186. n. 3. lib. 7., quos ſeq. Cran. conſ. 78. n. 9.*, vbi multos in eam refert ſententiam.

CLXXVIII.

Conditio IN DVBIO intelligitur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt; Quamuis propter id diuerſo iure determinatur, vt latè probat, *Torniel. in repet. l hac verba n. 29. ff. de lega. p.*

CLXXIX.

Conditio adimpleta IN DVBIO minime præſumitur, *Sanchez in ſumma tom. 2. lib. 6. cap. 26. n. 3., Salas in p. 2. tr. 8. diſp. vnica ſect. 19. n. 177. quos ſequitur, Diana lib. 4. reſol. moral. tr. 3. reſol. 9. ver. nota hic.*

CLXXX.

Conditio, quæ eſſe poteſt inſtantanea, vel ſucceſſiua IN DVBIO inſtantentanea iudicanda eſt, quia benignior eſt interpretatio, vt slz. ſemel adimpleatur conditio, *Bal. in conſ. 42. n. 2. lib. 5. quem ſeq. Pacia conſ. 106. nn. 25.*

CLXXXI.

Conditionem, & modum, vbi verba ſignificare poſſunt IN DVBIO, de modo intelliguntur loqui, non de conditione *l. meuia ff. de manumiſſ. teſtam., Bar., & Caseri in l. cum mota C. de tranſact., Alex. conſ. 102. num. 2. verſ. confirmo lib. p., Aretin. conſ. 149. in fi. Ruin. conſ. 69. nu. 9. lib. 2., Socin. in l. p. 2. notab. ff. de cond., & demonſtr. Menoch. conſ. 262. n. 6., Cran. conſ. 59. n. p., Et poſt eos Card. Mant. de coniect. vlt. volunt lib. 10. tit. 5. n. 12. cum ſeq.*

Proprie enim conditio dicitur illa, quæ ab initio, & ante actus perfectionem requirit implementum *l. filiofam. ff. de cond., & demonſtr.* Idcirco ante eius implementum non oritur aliqua obligatio *l. cedere*

diem ff. de verbo signif., *& tradit Menoch. loco rel. n. 7. & 9.*

CLXXXII.

Confirmatio actus à Superiore facta, ex certa scientia IN DVBIO facta censetur, *Alex. consf. p. col. 10. lib. 5. & cons. 38. lib. 4. quem seq. Dec. cons. 534. nu. 3.*, *& cons. 649. in fi. Vant. de nullit. in Rubr. quibus modis sententia def. pos. sub n. 24.*; Quamuis addicionator ad Pelium hanc non approbat *conclus.*, *& Anna singul. 675.*

CLXXXIII.

Consanguinei appellatione IN DVBIO veniunt omnes quocunq; sanguine coniuncti Castrens. *in L. cum quidam §. quod dicitur col. 2. ff. de acquir. hared.*, ea ratione quod ita intelligatur secundum communem vsum loquendi; Contrarium tamen voluit *Bald. quem sequitur Alex. in d. §. quod dicitur*; Nisi probetur de tali vsu loquendi, quia alias intelligi debet legaliter; De iure enim capitur consanguineus pro fratre ex eodem parente nato, Aliquando consanguineus pro Agnato accipitur, aliquando large pro quolibet sanguine coniuncto vt copiose tradit *Curt. Iun. cons. 5. nu. 16. lib. p.*

CLXXXIV.

Confidentia IN DVBIO non præsumitur, quia sonat in delictũ, cum contineat Simoniam *Card. Puteus decis. 385. lib. p. Caputaquẽs decis. 202. num. 5. par. p.*, *& latè probat Ric. collect. 1714.* qui in antecced. collectanea tradit confidentiam non probari per scripturam, & epistolam, nisi literæ sint claræ, non in zifera vt nuncupant.

CLXXXV.

Corrupta mens alicuius IN DVBIO non præsumitur *l. merito ff. pro socio arg l. nmimodo C. de in off. testam. cap. fin. de præscriptionibus Corneus cons. 206. n. 9. lib. 2.*, quia huiusmodi animus diceretur dolosus, & dolus minimè præsumitur *l. quoties §. qui dolo ff. de probat.*

CLXXXVI.

Correspectiuitas IN DVBIO non præsumitur *l. & eiusdem 34. ff. de edil edicto Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 548. num. 22.*

CLXXXVII.

Creditori IN DVBIO satisfacere debet debitor, quia creditor possidet actionem debiti, qua IN DVBIO priuari non potest Sanchez

chez *in summa tom. p. lib. p. cap.* 10. *nu.* 11. *Suarez de regul. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 7. *quos sequitur, Diana par.* 4. *ressol. moral. tr.* 3. *ressolut.* 32., qui contrariam sententiam tenentes etiam refert, & eo casu diuidendum esse creditum arbitratur ob æquale dubium.

CLXXXVIII.

Ad Creditoris præiuditium IN DVBIO fieri semper debet interpretatio *l. veteribus ff. de pactis Affl. decis.* 373. *num.* 6.

CLXXXIX.

Culturam agri deserere IN DVBIO nemo præsumitur vide supra in verbo ager.

CLXXXX.

Culpa, siue negligentia IN DVBIO minime præsumitur *l.* 2. *ff. si quis caut. l. in illa stipul ff. de verborum oblig. l. exceptione vbi Bar. ff. de fideicom. Alex. cons.* 183. *col. fi. lib.* 7. *Affl. decis.* 13. *num.* 18., *Cran. cons.* 151. *nu.* 18., *& late probat Porrus in eius fasciculo § homicidium vers. Pratendente pag.* 466., *& Farin. quæst.* 31. *num.* 18., *& D. Regens Capyc. Galeota post hac scripta visus contron.* 39. *n.* 35. *lib.* 2.

CLXXXXI.

Culpa inhabitantium peruenisse incendium IN DVBIO dicendum est *l.* 3. *§ p. ff. de Officio Præfecti vigil., l. si vendita ff. de peric., & com. rei vend. Alex. cons.* 50. *lib. p. Gozad cons.* 63. *n. p. affl. decis.* 57. *in princip., & Ioseph Ludou. decis. Perus.* 25. *n.* 14.

CLXXXXII.

Custodem Carcerum IN DVBIO fuisse negligentem præsumitur si carcerati aufugerunt *glo. in l. cum ita §. species in fi., & ibi Bal. ff. de lega.* 2. *Ias. in l. si paßenda n.* 4. *C. de pactis, Cataldinus cons.* 22. *n.* 13. *inter Consil. Crimin. diuers. lib.* 2., *late Farin. quæst.* 31. *n.* 19. *cum seq. plur., & nu.* 31. *cum seq.* de qua re supra in verbo Carceratus, faciunt tradita per Ill. Regentem Capycium Galeotum post hæc scripta visum *in responso Fiscali p. n.* 87. *cum seq.*

CLXXXXIII.

DATIO in solutum, non pignus IN DVBIO præsumi debet, quando facta est assignatio creditori, per quam vterq; contractus potest significari. Ita probat *Ias. in cons.* 92. *col.* 2. *vers. tertio faciunt lib. p. Menoch. cons.* 201. *nu.* 18.

Damnum

CLXXXXIV.

Damnum datum in agris à vicinis datum IN DVBIO præsumitur *Bar. in l. si ita §. vlt. ff. de fundo instr. Guido Pape tr. de præsumpt. num.* 108. *Calcan. conf.* 63. *Socin. Sen. conf.* 54. *col. pen. lib.* 3. *Tiraquel. de pœnis legum, causa* 23. *num.* 11.

CLXXXXV.

Damnum fortuito casu IN DVBIO est adscribendum, cum pro culpa IN DVBIO non possit quisquam condemnari; nempè quando DVBIVM est an culpa commissũ fuerit, vel casu damnum euenerit *Bald. in l. si creditor in fi. vers. certè in dubio. C. de pignor. act. Alex. conf.* 183. *col. fi. lib.* 2. *Crau. conf.* 8. *nu.* 12. *quos sequitur Morot. conf.* 36. *num.* 42.

CLXXXXVI.

Damnosum quod est minus debitori IN DVBIO præsumi debet *l. semper in obscuris ff. de reg. iuris Affl. decis.* 373. *nu.* 3.

CLXXXXVII.

Deliquisse is præsumitur IN DVBIO, qui aufugit *Bald. in l. voluntatis in fi. C. de fideicom., Marsil. in eius praxi crim. §. diligenter num.* 28. *Bertazol. conf.* 133. *num.* 6. *& diximus nos in tr. de æquitate cap.* 136. *nu.* 71. *lib.* 2.

CLXXXXVIII.

Deliquisse apensate, siue ex proposito IN DVBIO quis non præsumitur *Carer. in pract. crim. in p. tr. de homicid. & assassin. §. Quarto quæro nu.* 7. *&* 9. *& §. quinto quæro nu.* 2. *vers. sed quid in dubio. Boss. tit. de homicid. vers. alia est deffens. Bursat. conf.* 316. *nu.* 34. *lib.* 3. *quos sequitur Farin. quæst.* 96. *num.* 75. Vbi alios plures refert, quia capienda est interpretatio exclusiua delicti, cum omnis intellectus debeat esse benignus *Bald. in l. moueor C. de seru. export. ven. quam sequitur Natta conf.* 995. *nu.* 2.

CLXXXXIX.

Delicto assistens, ex proposito assistere IN DVBIO præsumitur, non autem casualiter, ita probat *Bald. in l. data opera sub num.* 63. *vers. Sed pone, & vers. etsi dicatur C. de his qui accus. pos., Salic. in l. quoniam multa sub nu.* 17. *vers. hic quæro de iure communi, ampl. quam sentent. complectitur Caball. lib.* 2. *var. resol. casu* 192. *vers. Contra-*

Contrarium vero, est vers. Ego saue teneo, vbi rationē eius opinionis tradit, ac ad contrariam partem tenentes respondit inter quos *Felin. in cap. sicut dignum nu. 6. in fi. vers. Omnia ista de homicid. Bossius tit. de homicid. nu. 23. & 25. Cram. cons. 32. num. 4. vers. Immo plus dico Rimin. cons. 134. num. 93.* de qua materia egimus nos *in tr. de aquit. cap. 130. num. 44. lib. 2.*

CC.

Delictum IN DVBIO comissum præsumitur ab eo qui odio habebat occisum, siue vulneratū *Eugen. cons. 27. num. 32.* & constito de mandato saltem per inditia IN DVBIO delictum comissum videtur pro illius executione, vt post Baldum probat Bossius *tit. de mandato ad homicid. sub num. 46. vers. Dicendum tamen est.*

CCI.

Delictum quem velle committere IN DVBIO non præsumitur *l. merito ff. pro socio Roma. cons. 113. nu. p. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 47. & seq. & cons. 21. num: 2., Io. de Amicis cons. 60. num. 7. Grama. voto 10. num. 30. & cons. 13. num. 8. quos sequitur Bertazol. cons. 261. num. 10. cons. 408. num. 14., & cons. 454. nu. 8. lib. 2.*

CCII.

Decima, siue Gabella IN DVBIO solui debet ab emptore vide infra in verbo Gabella, & in verbo laudemnium.

CCIII.

Decessisse quem sine fi'ijs IN DVBIO dicendum est *Bart. in l. ex facto §. si quis autem nu. p. ff. ad Trebell., Gabriel commun. concl. tit. de probat. concl. 6. nu. 25. cum seq. qui testatur de communi, Molin. de primog. Hisp. lib. 3. c. 9. n. 22., Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 4. per totum Dec. cons. 652. n. 7. & Capyc. decis. 159. n. 11.*

CCIV.

Decreto Mediolani vt ciuiliter procedatur, omissa criminalitate locum esse IN DVBIO est pronuntiandum, quia hoc est minus preiuditiale partibus, & in casu DVDIO, Iudex eligere debet illā viā, quæ absolute est minus damnosa partibus; Quæmadmodum minus onerosum est, quod ciuiliter agatur potius quam criminaliter *tex. in l. p. vers. Neutri litigantium ff. si quis caut., & ibi hoc notat Castrens. quem sequitur Plottus in l. si quando nu. 292. de in lite iur.*

De-

CCV.

Demonstrationis causa potius, quam per modum causæ, siue dispositionis IN DVBIO factam esse mentionem mortis in donatione præsumendum est, *Bart. in l. centurio nu. 31. ff. de vulg. & in l. cum pater §. mense nu. 8. ff. de legatis 2. Roma cons. 214. nu. 6. & post eos tradit Fontanel. de pactis nuptial. claus. 4. glos. 3. nu. 3. lib. p.*

CCVI.

In Debitoris facultate est declarare IN DVBIO, in quam causam soluit, quando erat debitor plurium summarum, neq; fuit expressum in quam causam soluerat *Alex. cons. 85. n. 2. & 3. lib. 3. quē sequitur Menoch. cons. 674. nu. 7.*

Vide infra in verbo solutio.

CCVII.

Debitor legatis creditori IN DVBIO legasse videtur animo compensandi cum debito *l. compensandi vbi Doctores ff. de hæred. instit. Rol. tr. de inuent. par. 5. vers. An actio num. 3. fol. 195. at. lib. 8. tract. p. 2.*

CCVIII.

Debitor an fideiussor quis fuerit IN DVBIO iudicatur ex receptione pecuniarum, vlz. vt is sit debitor principalis ex duobus se obligantibus, qui pecuniam recipit *Ruin. cons. 99. num. p, lib. 5., & post multos alios Menoch. cons. 795. nu. p.*

CCIX.

Debilis ne IN DVBIO à potente si pugnis percutiatur, potest se cum gladio defendere *Doct.: in l. p. c. vnde vi Mascard. de probat. conclus. 1126. nu. 35.* vbi Baldum, Blancum, & Carerium citat, cessante autem ratione debilitatis, non procedere conclusionem notat idem Mascard. loco relato.

CCX.

Defensio propria facta incontinenti potius IN DVBIO præsumitur, quam ex interuallo *Alex. in l. non solum §. sciendum in fi. ff. de nou. oper. nunciat. Alcia. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 39., Canalc. decis. 22. num. 64 par. 5.*

CCXI.

Ad Defensionem propriam alium occidens prouocatus, aut vul-

neratus

neratus IN DVBIO occidisse præsumitur, *Marſ. conſ.* 37. *num.* 8., *Papon. lib.* 22. *tit. p. Arreſto p.* qui testatur ita fuisse iudicatum, quem sequitur *Clarus quæſt.* 61. *verſ. Nunc quæro,& in* §. *homicidium verſ. Sed quomodo.*

CCXII.

Desertionem non esse comissam IN DVBIO pronuntiandum est, *Socin. Iun. conſ.* 31. *num.* 2. *lib.* 3. *Gabr. conſ.* 56. *num.* 11. *lib. p. Ioſeph Ludon. deciſ. Peruſ.* 96. *num.* 20. *cum ſeq. Giurba deciſ.* 20. *nu.* 17. *& deciſ.* 34. *num.* 7. *Gratia. deciſ.* 120. *num.* 10. *& deciſ.* 124. *nu.* 7. *quos ſequitur Tomatus deciſ.* 4. *num.* 34. *vbi num.* 36. tradit multò fortius procedere assumptum quando constat de bono iure in causa principali post *Giurbam d. deciſ.* 33. *num.* 8.

CCXIII.

Depositum potius IN DVBIO, quam mutuum præsumitur *glo. in l. de ſponſaliorum ff. depoſiti. Galin. de verb. ſignif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 204.

CCXIV.

Descripta simpliciter res in æstimo, aut in inuentario, & similibus IN DVBIO intelligitur de tota *glo & Bart. in l. ſi in rem ff. de rei vendic. & in l. de pupillo* §. *qui nonciat ff. de operis noui nonciat., Alex. conſ.* 113. *in fi. lib.* 4. *Dec. conſ.* 146. *ſub nu.* 13. *verſ. Secundo hoc ducitur*, vbi multos alios in eam refert sententiam.

CCXV.

De Die factum IN DVBIO quid censetur, si in aliqua dispositione, aut contractu diceretur, quod fuit factum aliquid inter diem, & noctem *Bald. in l.* 2. *in fi. C. quibus res iud. non nocet, & in auth. hodie col. vlt. C. de appell. Iaſ. ex l. More Romano num.* 18. *ff. de ferijs per l.* 2. *& ibi glo. ff. de fur. balnear.*

CCXVI.

Diuisio IN DVBIO facta minimè præsumitur nisi probetur, *tex. in l. penult. C. communi diuid. & ibi Cynus ſub num.* 3. *Alex. conſ.* 14. *lib.* 2. *& conſ.* 3. *lib.* 3., Quinimò præsumitur fratres separatim possidentes id potius gratia comodioris vsus possidere, quam diuisionis causa, *Tiraquel. de præſcript. verbo per diaconos gloſ.* 4. *verſ.* 14. *Maſcard. de probat. concl.* 526., vbi diuersis modis limitat conclusio-

nem *num. 2. cum seq. & nu.* 5. & ibi scribit ex temporis diuturnitate præsumi diuisionem factam, etiamsi de ea non constet. Quam temporis diuturnitatem ad annos decem reducit *Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 181.

CCXVII.

Differentia nulla IN DVBIO esse intelligitur inter ius canonicum, & ciuile, nisi euidenter exprimatur *cap. p. de operis noui nonciat. Dec. cons.* 452. *num.* 15. *& tradit Card. Mant. tr. de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 4. *sub num.* 6. *par. p.*

CCXVIII.

Dispensatio IN DVBIO concedi potest per Superiorem, maxime Regularium circa regulam *Sanchez in summa tom. p. lib.* 4. *cap.* 44. *num.* 10. *Siluester in eius summa vers. Dispensatio qu.* 14. *Caieta. in secunda* 2. *quæst.* 47. *art.* 4 *& Granado in prima* 2. *contr.* 7. *tr.* 2. *disp.* 6. *sect. p. num.* 2. *quos sequitur Diana resol.* 44. Quamuis contrarium tenet *Bonacina de legibus disput. p. quæst.* 2. *puncto* 3. *num.* 7.

CCXIX.

Dies IN DVBIO continui intelliguntur, non de vtilibus *Ias. in* §. *Rursus n.* 61. *cũ duobus seq. instit. de action. Rebuff. in tract. de nominat. quæst.* 11. *num.* 6. *vers. Tertio quæro, quos sequitur Carpa. ad stat.* 115. *num.* 139. *lib.* 1.

CCXX.

Diem non noctem IN DVBIO esse dicendum est, quando quid actũ fuit inter diem, & noctem *Marta voto* 57. *num.* 9. vbi multa hinc inde allegat fundamenta.

CCXXI.

Disponere verbum positum in testamento, referri debet IN DVBIO ad actum vltimæ voluntatis §. *exhæred. in auth. de hæred. & falcid. Scrib. in rubr. ff. sol. matrim. Affl. decis.* 370. *nu.* 12. *Surd. decis.* 272. *num.* 12. *&* 13. *Pereg. de fideicom. art.* 40. *num.* 38. Referri tamen etiam posset ad actus inter viuos, & sic ampliatur eius significatio ex cumulatis per *Paris. cons.* 33. *num.* 6. *lib.* 3. & ita probat Ill. Regens Capyc. Galeota *contro.* 10. *pleno num.* 4. *lib. p.* vbi ad hoc refert *Raudensem de Analog. lib. p. cap.* 19. *sub num.* 15.

Diues

CCXXII.

Diues quilibet homo IN DVBIO præsumitur eo quia natus est ad laborem, sicut auis ad volatum ex quo labore, & industria quis in dies efficitur diues atque locuplex *Menoch. lib. 6. præsumpt. 28. num. p. per tex. in l. si defunctus & l. cura §. defluentiũ ff. de muner. & honor. & nouissime probat Hodierna ad Surd. decis. 15. num. 15.*

Hæc tamen conclusio intelligenda venit, probata industria, cum alias ea non probata, vel non existente cesset præsumptio *Gutiarez de tutelis par. 3. cap. 46. num. 13. & 26. quem sequitur Hodierna ad decis. 339. num. 6.*

CCXXIII.

Diligentia IN DVBIO præsumitur, non autem negligentia *cap. nisi de prabendis cap. ad audientiam de præscript. Cephal conf. 360. nu. 71. Cran. conf. 77. num. 11. cum alijs, quos refert, & sequitur Rimin. Iun. conf. 407. num. 13. Porrus in 7. responso post tract. Ponzinibij in quibus casibus criminal. procedi non potest regist. in opera Cauatij fol. 193. col. p.*

CCXXIV.

Dictio vsq; IN DVBIO stat inclusiue, etsi alij distinguant inter odiosa, & fauorabilia *Bart. in l. Patronus §. Sempronius ff. de lega. 3. & ibi vers. Si vero lit. B.* Vide infra verbo vsque.

CCXXV.

Dignitati IN DVBIO renuntiatum non censetur etiamsi renuntiatum sit statui, vel loco cum possit stare dignitas siue loco, aut statu *Abb. in cap. p. num. 8. de ordin. ab Episcopo qui renuntiauit Episc. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 10. quos sequitur Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 834. num. 17.*

CCXXVI.

Dispositio IN DVBIO referri debet ad omnia præcedentia contenta in scriptura disposionis *l. talis scriptura ff. de lega. pr. Menoch. conf. 231. num. 51.*

CCXXVII.

Dominium IN DVBIO non presumitur translatum per debitorem in creditorem *l. cum de indebito ff. de probat. Affl. decis. 273. sub num. 2.*

CCXXVIII.

Dominium pecuniarum datarum mercatori, translatum IN DVBIO præsumitur, cum ex consuetudine à numero soleat dari campsoribus, non in saculo, *Scap. de iure non scripto lib.* 4. *cap.* 13. *nu.* 7. *&* Vide infra num. 183.

CCXXIX.

Domus IN DVBIO libera à quacunq; seruitute esse præsumitur, Vide infra in verbo ædes.

CCXXX.

Domicilium contraxisse IN DVBIO quis dicitur in loco in quo per plures, & plures annos habitauit *l.* 2. *C. vbi Senat. vel Clarifs. Menoch. de arbitr. casu* 86. *num.* 10. *&* 11. *atq; num.* 18. *nisi ratione officij, ibi habitasset nu.* 27.

CCXXXI.

Donatio IN DVBIO sustineri debet, & valida censeri *arg. l. si tibi pecuniam ff. si certum pet. & l. quoties ff. de verbo oblig. ac l. quoties ff. de rebus dubijs, Cyn. in l. vlt. num.* 6., *& ibi Bart. num.* 11. *& Purpur. nu.* 231. *C. de pactis, Alex. in l. stipulatio hoc modo num.* 14. *vers. Sed quid si dono ff. de verbo oblig. vbi Crottus num.* 56. *vers. Sed hac opinio Card. Mant. de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 30. *num.* 6. *par.* 2. *& Crau. cons.* 139. *ac Guald. tr. de arte testandi caut.* 2. *num.* 2.

CCXXXII.

Donatio excluditur semper IN DVBIO, *l. si cum aurum ff. de solut. l. Campanus ff. de operis libert.*, semper enim capienda est omnis interprætatio, & coniectura, quæ donationom excludit *Dec. in l. cuius per errorem num.* 2. *ff. de reg. iur. Rol. cons.* 65. *num.* 12. *lib.* 4. *vbi nu.* 13. *scribit* donationem omni in casu factam præsumi potius per errorem quam aliter, idem *tradit Gratian. cons.* 153. *num.* 64.

CCXXXIII.

Donatio inter viuos IN DVBIO præsumitur quando quis dixit do, vel dono, si vero dixit relinquo tunc donatio causa mortis dicitur *Guido Papa sing.* 550. *quem sequitur Tepat. tit. de donat. causa mortis vers. si quis dicat fol. mihi* 228.

CCXXXIV.

Donationem minime esse reuocatam IN DVBIO dicendum est, *l. cum*

l. eum hic status §. pænitentiam ff. de donat. inter virum, & vxorem, Socin. in l. si inter virum in 3. notab. ff. de reb. dubijs.

CCXXXV.

Donatio facto viro contemplatione matrimonij censetur potius IN DVBIO respicere contemplantem demonstratiue, quam limitatiue *Alcia. cons. 7. num. 17. lib. 3. tom. 1. post Dec. cons. 215. sub num. 6. quos sequitur Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 924. nu. 53. & num. 55.* vbi declarat conditionem non procedere, quando respiciebat non solum fauorem mariti, & vt contraheretur matrimonium, sed etiam conseruationem, & ampliationem familiæ amplecteretur; Quia tunc verba ipsa causam finalem immediatam, & proximam contineret per *Bald. in l. ex arrhali C. de action. empt.*

CCXXXVI.

Donata sponse per consanguineum sponsi, vt iocalia, & similia, soluto matrimonio IN DVBIO spectant ad mariti hæredes *Bart. in l. sed si plures §. in arrogato nu. 4. ff. de vngl. & pupil. vbi Ias.* dicens durum esse in practica, discedere à Bart. sententia; Quia contemplatione viri siue sponsi donata præsumũtur, vt post *Bart. probat Hodierna ad Surdum decis. 118. num. 3. Laur. Kirchon. in suis commun. concl. cent. p. conclus. 91. vers. Donatio in dubio, & centur. 5. concl. 4. vers. Vestium*; Vbi tradit quod vestium pretiosarum traditio cum iocalibus facta vxori per virum, non censetur facta causa donationis, sed causa vsus, ideo soluto matrimonio viri morte, restitui debent eius hęredibus, quam sententiam amplectitur *Carpan. ad stat Mediol. 291. num. 79. lib. p.*; Viri enim contemplatione donata censentur per eius affines, Prout è contra vxoris intuitu donata sibi per eius consanguineos dicitur, quæ ad ipsam pertinere concludit *Carpa. num. 80.* Vide *Bimium cons. 72. & Vrsil. ad Afflictum decis. 315. sub nu. p. vbi in dubio* donata dici quæ tradita fuerunt ante contractum matrimonium per verba de præsenti ex *Alex. cons. 42. lib. 5. & Soc. Iun. cons. 39. nu. 2. & cons. 123. lib p.*

CCXXXVII.

Donata quę censeantur IN DVBIO sponsæ per virum late tradit *Roma. cons. 146. Ancar. cons. 181. Affl. decis. 315. quos sequitur Clar. in §. Donatio quæst. 50. Menoch. de arbitr. casu 218. num. p. cum seq. & post eos Carpa. ad d. stat. 291. num. 82, lib. p.* Do-

CCXXXVIII.

Donans IN DVBIO non censetur cogitasse de liberis *Bart. in l. Titium* §. *Imperator ff. de lega.2. Barbatia in repet. l. cum acutissimi C. de fideicom.* vbi declarat, quod si donans Ecclesiæ cogitauit in genere de liberis; Tunc reuocatur donatio vsq; ad legitimam; Si verò in specie cogitauit nullo modo reuocatur vt explicat ibidem *Barbat. vers. Sequitur quod eo ipso, hoc idem probat Io.Vincent. de Anna singul. 617. post hac scripta à me visus.*

CCXXXIX.

Donatio IN DVBIO facta dicitur inter viuos, etiamsi adhibiti fuerint quinq; testes; modo alia fortior coniectura non eliciatur suadens contrarium *Guido Papa sing.* 550. *Tepat. tit. de donat. causa mortis prope finem col.* 2. *pag.* 228. *Polid. Ripa singul. obseru.* 49. *num. p. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. p. tr.* 13. *num.* 17. quæ conclusio procedit, etiamsi facta sit donatio in mortis articulo vt docet *Bald. in l. vlt. in fi. C. de donat. mortis causa, Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 5. *num.* 20. *& Thesaur. Iun. quæst. famil.* 53. *nu.* 2. *lib.* 2. *idem Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. p. tit.* 13. *num.* 13. vbi conclusionem procedere inquit etiamsi donatio facta fuisset, coram quinque testibus, vel donans vsus fuisset verbo relinquo, vt probat *Guido Papa sing.* 550.

CCXL.

Donatio causa mortis IN DVBIO non præsumitur reuocata. *tex. in l. cum dies statutus* §. *si ambo ff. de donat. causa mortis Fontanel. de pactis noptial. clauf.* 4. *glo.* 3. *num.* 46. *par. p.*

CCXLI.

Donationem non reuocaturum promittens per superuenientiam liberorum IN DVBIO præsumitur intellexisse de filijs primæ vxoris quam habebat tempore promissionis non secūdæ, *Socin. cons.* 126. *col.* 4. *vers. Ex quibus cōcluditur* contrariū tamen elicitur *ex l. placet ff. de liber. & posth quam quæst. soluit Rubeus in repet. l. Titia Seio* §. *Imperator num.* 131. *num.* 133. *& num.* 135. *ff. de lega.* 2. *fol.* 403. *ater.*

CCXLII.

Donationem non esse reuocatam IN DVBIO dicendum est

l. cum

l. cum hic status §. pœnitentia ff. de donat. inter virum, & uxorem.

CCXLIII.

Donationis causa IN DVBIO impulsiua potius, quam finalis dicitur ad donandum *glos. & scrib. in l. p. §. Titio decem ff. de donat. & in puncto tradit Oldrad. cons. 3. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. p. tit. 13. num. 17. & de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 4. sub nu. 11. vers. Sed probabiliter par. 2. atq; diximus nos in tr. de aquit. cap. 37. num. 7. lib. p.* Cætera vide supra in verbo causa.

CCXLIV.

Donatum consanguineo donatum IN DVBIO cēsetur respectu consanguinitatis non respectu remunerationis *Ludou. Roman. singul. 651. Tepat. tit. de donat. inter virum, & uxorem vers. Vlt. fol. 177.*

CCXLV.

Donatio facta censetur IN DVBIO de portione tantum, de qua donans disponere potest *l. serui electione §. fin. ff. de lega. p. Crau. cons. 29. num. 13. Serafin. decis. 42. num. p. quos sequitur Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 955. num. 23. & num. 35.* vbi tamen limitat conclus. quando donatio non esset simplex, sed onerosa, & facta fauore animæ, quia tunc ex speciali priuilegio venit etiam ius alienum in huiusmodi donatione, *Menoch. lib. 4. præsumpt. 116. nu. 29. cum seq.*

CCXLVI.

Donatarij præsentia IN DVBIO præsumitur, quamuis nihil dictum fuerit de illius præsentia *glo. in l. p. vers. Inter præsentes, & ibi Bart. gl. in l. optimum verbo serios̄us C. de contrah. & comit. stipul. Boer. decis. 353. sub num. 3. vers. Et in dubio.*

CCXLVII.

Donans Feudum, Vide infra in verbo Feudum, & in verbo fructus.

CCXLVIII.

Dotis fauore IN DVBIO pronuntiandum est *l. in Ambiguis ff. de iure dotium Decian. cons. 35. num. 14. cum plur. seq. lib. 2. quem sequitur Menoch. cons. 201. num. 19.* qui respondit in eadem facti specie, *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 12. nu. 7. & 12. Menoch. cons. 8. num. 10. Fontanel. de pactis nuptial. lib. 2. claus. 5. glo. p. p. 2. num. 78.* & diximus nos *in tr. de aquit. cap. 138. nu. 7. lib. 2. Genua de verbo enunciat. lib. 2. quæst. 32. num. 6.*

CCXLIX.

Dotare neptem filij contemplatione Auus IN DVBIO præsumitur. Vide supra in verbo Auus.

CCL.

Dos constituta IN DVBIO intelligitur cum marito qui non solebat ducere vxores indotatas *l. vlt. §. p. ff. quæ in fraudem cred. l. si donaturus §. si quis indotatam ff. de condit. ob causam, Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 13. num. p.*

Contrarium tamen verius videtur; quia cum dotis constitutio sit, quid facti probari debet *l. consilio §. quæsitum ff. de iure cur. cap. cum in iure de offic. deleg.* Matrimonium enim sine dote contrahi potest *l. vlt. ff. de donat. ante nupt.* & ita concludit *Mantica loco cit. nu. 8. cùm seq.* vbi ad contraria respondit.

CCLI.

Dotalium rerum æstimatio IN DVBIO emptionem,& venditionem præsefert *l. quoties C. de iure dotis Alex. cons. 75. lib. 5. quem sequitur Bimius cons. 163. num. 8. lib. 2. vbi num. 9.* docet, quod in restitutione dotis venit prætium,non res tradita *per Bald. in d. l. quoties num. 4. Beretta cons. 33. num. p.*

CCLII.

Dotis fauore vbi duo actus,siue instrumenta dotis scilicet, & alterius rei eadem die facta leguntur, IN DVBIO præcessisse præsumitur instrumentum siue actum dotis; Ratio est quia dotis causa semper,& vbiq; præcipua est *l. p. & ibi Bart. & Bald. de Bartolinis num. 39. in fin. ff. sol. matrim. & in l. ambiguis ff. de iure dotium Card. Mant. de tacit. & ambigu. lib. 11. tit. 25. num. 2. par. p.* qui Bartolinus loco relato, & *num. 40. cum seq.* scribit conclusionem procedere etiam in præiuditium Ecclesiæ, & Fisci.

CCLIII.

Dos data, siue relicta nepti ab auo IN DVBIO relicta præsumitur contemplatione patris *Cephal. cons. 105. Menoch. cons. 796. num. 23. & cons. 1037. num. 24. cum seq.* ideoq; sicuti patri imputatur, imputari etiam debet nepti in legitimas sibi debitam ex paternis bonis *Menoch. loco citato num. 26. & d. cons. 1037. num. 24.*

Dos à

CCLIV.

Dos à patre data filiæ, IN DVBIO data præsumitur ex proprijs bonis ipsius patris *l. fin. C. de dote promissa, & ibi Bal. sub num. 2. Neuiz. conf. 16. num. 8. vers. Pro qua opin. Barzius decis. 29. num. 43. Card. Mant. de tacitis, & ambig. lib. 12. tit. 19. nu. p.*

Quæ conclusio locum habet etiamsi filia haberet bona aduentitia *Io. Campeg. tr. de dote qu. 16. Vrsil. ad Afflictum decis. 179. num. p. quos sequitur Carp. ad stat. Mediol. 278. num. 236. lib. p.*

CCLV.

Dos data per Patruum nepti est dos profectitia Patris IN DVBIO, non aduentitia filiæ *Castrens. cons. 96. lib. 2. Alex. cons. 179. vol. p. lib. 5. quos sequitur Peregr. decis. 139. num. 7.*

CCLVI.

Dotem solutam, & numeratam IN DVBIO probare debet mulier *l. p. C. de dotis caut. & manum.* & probat *Thesaur. q. famil. 20. n. 4. lib. 4.*

CCLVII.

Dotis restitutioni magis fauendum est IN DVBIO, quam lucro aduentitio mariti, *Dec. cons. 195. num. 3. & cons. 260. num. 4. cum seq. Roland. tr. de lucro dotis qu. 42. in fine, & post eos Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 367. num. 6. vbi sequente num.* declarat requiri decretum Iudicis quando dos constituitur per Tutorem, vel per fratrem minorem in rebus immobilibus; nisi forte fuisset dos à patre promissa, Quia si tantum relicta fuisset, tunc nulla alia oritur obligatio quam illa, quæ datur pro legatis, vt subijcit *Gratian. n. 16. post Surdum cons. 191. n. 24. cum tribus seq.* quamuis propter Patris voluntatẽ non requiri decretum affirmat *Ruin. in rubr. ff sol. matrim.* quod notatu dignissimum reputat *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 20. nu. 40. contra opinionem Rimin. Iun. cons. 189. n. 5. cum plur. seq.*

Contrariam tamen sententiam, vti veriorem amplectitur *Gabriel. cons. 20. lib. 2. & plenius Menoch. cons. 242. num. p. cum seq.* qui respondit in eadem facti specie de qua Gabriel. & idem Menoch. *cons. 813.* vbi latissimè probatur minorẽ fauori dotis constituendæ sorori, efficaciter obligari etiam siue Iudicis decreto.

CCLVIII.

Dos à patruo data nepti IN DVBIO data præsumitur contem-

 platione

platione fratris tanquam proximioris, & animo repetendi, non autem contemplatione nepotis *Iaſ. in l. quod cum num. 266. de collat. & late probat Craſſ. de legit. q. n 20. ſub num. 7.*

CCLIX.

Dotalia bona ſi ſunt æſtimata ea æſtimatione quæ facit emptionē, IN DVBIO præſumitur continere venditionem veram *l. plerumq; ff. de iure dotium & l. quoties C. eodem titulo, & late tradit Valaſc. in praxi partic. cap. 10. num. 11.*

CCLX.

Dolus IN DVBIO facilius præſumitur in Proxeneta, quam in alia perſona ita probat *Cepol. in l. p. §. aiunt ediles num. 26. ff. de edil. edicto, Stracca de Mercat. tit. de proxeneta par. 3. num. 21.*

CCLXI.

Doli præſumptio excluſiua IN DVBIO capienda eſt *sex. in l. interpoſitas vbi Bal. & alij. C. de tranſact.* cum IN DVBIO dolus non præſumatur *Thomat. deciſ. 28. num. 104. cum ſeq. Medices deciſ. Senenſi 97. in fin. et diximus nos in tr. de æquitate cap. 24. nu. 10. lib. 2.*

CCLXII.

Doctor IN DVBIO cenſetur reſidere in vltima opinione per eum relata *arg. l. qui filium §. Saluinus ff. ad trebell. & probat Ill. D. Regens Capyc. Galeota, controu. 69. num. 5. lib. 2.*

CCLXIII.

Doctor antiquior IN DVBIO præfertur iuniori Menoch. *conſ. 51. num. 39. & conſ. 257. num. 83.*

CCLXIV.

Dominus antiquior IN DVBIO præſumitur ceciſſe auctoritatem exigendi laudemium nouo Domino, quando non fuerat illud exactum, niſi expreſſe excepiſſet, cum ſit circa eandem rem *Surd. conſ. 84. num. 4. Tiraquel. de retr. linager. §. p. gl. 7. num. 41. & 42. quos ſequitur Maur. Burg. tr. de Laudem. par. p. inſpect. 4. num. 49.*

CCLXV.

Dominus qui Caſtrum, aut prædium infeudauit IN DVBIO non cenſetur à ſe abdicaſſe omnem iuriſdictionem *Ang. in l. p. §. qua mandatam num. 3. ff. de officio eius Natta conſ. 309. num. 11. Boſſ. de foro compet. num. 4. & tit. de Principe nu. 281. cum ſeq. Franch. deciſ*

147. *Capyc. decis. 9. num. 16. vers. Licet. alias, & post eos Rosental. de feud. tit. de regal. cap. 5. conclus. 5. sub nu. 20. & ibi glos. lit. D. & E. Regent. Capyc. Galeota contrau. 57. num. p. cumseq. plur. lib. 2.*

CCLXVI.

Dominus ignorare IN DVBIO præsumitur bona esse deuoluta ob non solutum canonem *Ruin. cons. 70. num. 14. lib. 5. Alex. cons. 105. num. 14. lib. 3. Berou. cons. 116. nu. 13. cumseq. lib. p. & notat Corbul. tr. de iure emphit. tit. de causa priu. ob nō solutū canonē ampliat. 45. n. 26.* Et quando Dominus non declarauit caducitatem contra emphiteutam ipsum non potest deinde eam declarare contra eius filios, aut hæredes, vt dicitur de Vassallo re integra, ita post *Bal. in cap. Imperialem § insuper col. vlt. probat idem Corbul. cit. ampliat. 45. n. 22.*

CCLXVII.

Domini directi scientia, & patientia IN DVBIO minime præsumitur, nisi clare probetur, *Grau. cons. 134. num. 14. & 18. quem sequitur Bimius cons. 12. num. 40.*

CCLXVIII.

Dominus IN DVBIO non præsumitur Canonem ita recepisse ante pænæ commissionem, vt caducitatem incurendam remitteret; Quia non videtur renonciare iuri de futuro vt tradit *Castrens. contra glo. communiter receptam in l. in executione § item si ita num. 2. ff. de verbo oblig. Corbul. de iure Emphit. tit. de causa priu. ob non solutum canonem ampliat. 5. num. 18.*

CCLXIX.

Dominum possessione sua priuatum IN DVBIO non dicitur per conductorem alteri locando, vide infra in verbo possessio.

CCLXX.

Dominium vt transferatur, res tradita IN DVBIO non præsumitur, *l. cum de indebito ff. de probat. Cyn. in l. incendium in fi. ff. si certum peta. Scrib. in l. cum quid ff. eodem tit. Afflic. decis. 373. num. 3.*

CCLXXI.

Dominium supremum non censetur IN DVBIO concessum in emphiteusi, siue feudo nisi specifice fuerit expressū *Alcia. cōs. 103. n. 6. & 9. lib. 5. post Alex. in l. frater à fratre ff. de condit. indeb. Rol. cons. 87. num. 15. lib. 2. & cons. p. num. 1. & 3. & 4. lib. 2. Rosental. de*

feud. cap. 5. conclus. 15. num. 3. cum seq. par. p.

CCLXXII.

Duobus emptoribus siue &c. tradita si res fuit neq; appareat cui tradita sit IN DVBIO tradita præsumitur priori emptori tanquam iustiori, & ille præfertur ita post Cinū, & alios *in l. quoties notat Ias. ibidem num. 37. C. de rei vendicat.*

CCLXXIII.

Duobus habentibus causam ab eodem Domino, & non apparente de anteriore iure, IN DVBIO melior dicitur conditio eius, qui per traditionem rem accepit, & sic eius qui possidet *l. quoties C. de rei vendicat, Bal. in cap. si facta col. 2. si de feudo defuncto milite.*

CCLXXIV.

Dux, Comes aut Marchio possidere IN DVBIO præsumitur Ducatum, siue Comitatum, aut Marchionatum iure proprio, tanquā liberum. Vide infra in Verbo Feudatarius.

CCLXXV.

Duobus celebratis instrumētis eodē die & ignoratur, quod fuerit primo loco celebratum, IN DVBIO præsumitur præcessisse illud, quod respicit fauorem personæ priuilegiatæ, sin vero cessante ratione, eius qui possidet late *Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 22. sub num. 13. vers. Sed Dec. post Alcia. cons. 40. num. 6. cum seq. cons. 5. Vide infra in verbo Possessio, & vide per me scripta fauore Monasterij S. Vlderici Mediol. anno 632. ni falor.*

CCLXXVI.

EBRIVS nemo IN DVBIO est iudicandus Bald. in c. cap. Ide vita, & honest. Clericorum, *Ripa in l. fin. num. 80. C. de reo. domat. Vincent. de Anna singul. 667. post hac scripta visus.*

CCLXXVII.

Ecclesia posita inter duos Episcopatus applicari IN DVBIO debet Episcopo propinquiori *Bart. in l. Adeo quidem ff. de acquir. rerum dominios.*

CCLXXVIII.

Ecclesia fundata IN DVBIO censetur de licentia, siue consensu Episcopi Archid. *in cap. nemo. de Consecratione distinct. p. Dec. cons. 121. in causa Vener. quos sequitur Iac. Ant. Maurus alleg. 3. sub nu. 4. vers. Adde Felinum.*

Eccle-

CCLXXIX.

Ecclesiæ fauore IN DVBIO pronuntiandum est *Felin. in cap. pertuas num. 9. de probat. & ibi Dec. in 7. notab. & ample probat Menoch. cons. 845. num. 72. Caualcban. decis. 45. num. 56. quos sequitur Gratian. lib. p. discept. forens. cap. 88. num. 6. & cap. 131. num. 2. Menoch. cons. 422. num. 112. & 118. cum sequitur cons. 708. nu. 42.* Et etiam in materia feudali, vt probat idem *Menoch. cons. 845. num. 72.*

Quia IN DVBIO fauorabilis opinio Ecclesiæ est recipienda cap. vlt. de re iud. vt loquendo de emphiteusi non transitoria ad extraneos hæredes nisi expresse hoc fuerit dictum in concessione probat *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. num. 14. par. 2.*; Lex enim aborret quod vtile dominium nunquam possit cum directo conualidari; Sicuti quod vsufructus nunquam possit reuerti ad proprietatem *l. antiquitas C. de vsu, & habit. l. 3. §. ne tamen ff. de vsufr. Ancar. cons. 134. num. p. & Card. Mant. cit. lib. 22. tit. 19. num. 14.*

CCLXXX.

Ecclesiæ contractus quando aliquid dubij, est vtrum valeat nec ne ad eius præiud. IN DVBIO non valet *Bald. in cons. 156. circa medium vers. Præterea lib. p. quem sequitur Rota decis. 65. nu. 19. par. 2. in nouiss.*

CCLXXXI.

Ecclesiæ qualitatem esse talem IN DVBIO, vt Episcopi negligentiam excludat *arg. l. merito ff. pro socio, Anchar. cons. 161. sub nu. 4. vers. Quarto tenata*, vbi ample hanc probat conclusionem.

CCLXXXII.

Ecclesia IN DVBIO consecrata non censetur, etiam per temporis diuturnitatem *cap. Ecclesia, & cap. solemnitates de consecratione distinct. p. late Mascard. de probat. conclus. 415. & conclus. 582. & Riccius in praxi fori Eccles. decis. 548. num. 5.*

Hæc tamen conclusio non procedit in Cathedralibus Ecclesijs, quæ consecratæ præsumũtur ex temporis diuturnitate ita probat *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. in fine, quẽ sequitur Mascard. de probat. concl. 1315. num. 13. cum seq. & post eos Riccius relata decis.*

decis. 548. *num.* 5.

CCLXXXIII.

Ecclesia libera IN DVBIO præsumitur, *Innocent. in cap. cum venerabilis de except. & ibi Bald. col. 3. vers. Nota quod, & Archid. in cap. nullus num. 116. quæst. 7. Paulus de Citad. tr. de iure patr. par. 3. §. secunda causa num. 7. Alcia. præscript. reg. 2. col. p. quos sequitur Padilla in repet. l. Altius C. de seruit. & aqua num. 2. reprobante Panormit. in c. quæ clam. num. 9. de elect.* asserente Ecclesiam non nasci, sed semper habere constructorem, qui ex illius constructione vocatur Patronus.

Secus autem dicendum est, quando constat Ecclesiam fuisse ab aliquo constructam, quia tunc patronata IN DVBIO, non libera præsumitur per *tex. in cap. significauit 41. de testibus, & sequitur Padilla loco relato.*

Vbi tamen Ecclesiæ constructor, siue fondator dixisset, nihil iuris se velle in eam retinere; Tunc libera dicitur Ecclesia, vt ibi notat *Butrius Imola, Abb. & Felin. num. 2. & tenet glos. in cap. siquis basilicam, in glos. fin. ibi quia ipso iure ei debetur, de consuetudine distint. p.* Quorum opinionem sequitur *Rochus de Curte in tr. de iure patron. vers. Ecclesiam fundauit quæst. 8. num. 9. & Lambert. de iure patron. lib. p. par. p. quæst. 2. art. 4. num. 14.*

CCLXXXIV.

Edicti verbis IN DVBIO seruire debemus *l. p. §. si is qui Nauem ff. de exerc. Ias. in cons. 147. col. p. lib. 4. Socin. sen. cons. 67. nu. 4. lib. 3. Rebuff. ad constit. Regni tit. de consuetud. in præfatione num. 66. Galia ad consuetud. Alex. verbo legare quæst. 7. num. 99.* etsi contrarium subijcere videatur *num. 144. post Alex. cons. 15. nu. 4. lib. p.* quod scilicet dispositum à lege, aut statuto in vno, censeatur quoq; dispositum in alio.

CCLXXXV.

Ædes liberæ IN DVBIO, esse præsumuntur, ita ut altius tollere ad cælum vsq; liceat *tex. in l. Altius C. de seruit. Et Aqua, & in l. fi. ff. de seruit. l. cum eo, & l. Imperatores ff. de seruit. vrb. præd. l. si quis §. si iussero vers. in resp. quod vi aut clam, & latè explicat Padilla in repet. l. Altius in princip. C. de seruit. & aqua.*

Ætas

CCLXXXVI.

Ætas legitima IN DVBIO dicitur ætas 25. annorum ita docet *Anchar. in cap. si annum de iudic. lib. 6. de qua re in l. fin. C. de his qui veniam ata. impetr.* Si tamen per statuta minor ætas habilitata esset,& æquipararetur ætati perfectæ,tunc statuti dispositio esset præferenda,vt hic Mediolani *per cap.* 452. *vbi Carpa. nu.* 9. *&* 10. *lib. p.*

Quilibet verò contrahens præsumitur legitimæ ætatis, nisi contrarium probetur,vt notat *Caualc. tr. de tutore num.* 29. *& seq. pluribus Carpa. loco rel. num.* 11.

CCLXXXVII.

Electio rei promisse non terminatæ IN DVBIO conceditur debitori, siue promissori *l. cum id* §. *fin. ff. de condit. indeb. & probat Bimius cons.* 20. *num.* 20.

CCLXXXVIII.

Electio ad hæredem IN DVBIO spectat, quando incertum est de qua re testator senserit *l. legato in fine, l. si quis à filio* §. *p. ff. de leg. p. & ample probat Valasc. decis.* 110. *num.* 8.

Quam conclusionem eque procedere in legatario probat *Marescottus var. resol. lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 3. *& Thesaur. Iun. qu. famil.* 31. *num.* 3. *lib.* 2. *quos sequitur Beltram. ad decis. Ludouisij* 431. *num.* 13.

CCLXXXIX.

Electa IN DVBIO præsumitur via per quam satisfiat vtriq; casui *l. adoptiuus* §. *p. ff. de ritu nupt. Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 264.

CCXC.

Electio in gratijs IN DVBIO spectat ad gratiatum,quasi creditorem *Bald. in l. qui duos num. pri. in fin. vbi etiam Alex. num.* 4. *ff. de lega. pr. Felin. in cap. inter ceteras num.* 4. *vers. Fallit* 4. *de rescriptis, Paris. cons.* 7. *num.* 42. *lib.* 2. *quos sequitur Ludouis. decis.* 431. *num.* 2. *&* 13. *ac Cæsar de Crassis decis.* 185. *num.* 4.

CCXCI.

Ellegisse quis non præsumitur viam tàm testando, quàm contrahendo IN DVBIO, per quam eius voluntas infringatur *tex. est in l. similes qui ff. de testam. mil. Iason in l. vbi autem* 75. §. *illud sub num.* 3. *& ibi additur litt. S. ff. de verborum obligat.* Em-

CCXCII.

Emphiteoticus census IN DVBIO præsumitur, vbi consuetudo regionis hoc denotet, non autem emphiteusis *Natta cons. 3. num. 2. Vrsil. ad Afflict. decis. 129. num. 4. Capyc. decis. 103. & decis. 196. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 7. num. p. Borella cons. 91. num. 9. Marius Anton. Var. resol. lib. p. resol. 5. num. 4. Marcellus Maurus alleg. 19. & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 106. num. 3. & 7.*

CCXCIII.

Emphiteusis ad extraneos hæredes IN DVBIO transit quando pensio, quæ soluitur est, comensurabilis fructibus, *Ruin. cons. 161. num. 23. lib. p. quem sequitur Rimin. Iun. cons. 44. num. 38. lib p.*

CCXCIV.

Emphiteusis concessa IN DVBIO præsumitur secundum consuetudinem regionis ad notat *in cap. 2. de feud. & in cap. vt super de rebus Eccles. non alien., quam sententiam sequitur Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. sub num. 33. vers. Et quidem in dubio.*

CCXCV.

Emphiteusis IN DVBIO perpetua præsumitur, vbi non apparet de contraria consuetudine Domini, vel Regionis, *Angel. in l. qui luminibus ff. de seruit. vrb. prædiorum, in l. Prætor §. p. ff. de edendo & in l p. ff. si ager vectig. vel emphit. pet. cum alijs quos adducit Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 109. num. 7. cum seq.* quamuis emphiteusis Ecclesiastica vsq; ad tertiam tantum generationem concessa præsumitur vt ibidem subijcit *Menoch. num. 15. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 15. n. 15. Decianus cons. 154. n. 153. & diximus nos in tr. de æquitate cap. 151. num. 13. lib. 2.*

CCXCVI.

Emphiteotica bona Ecclesiastica Domino deuoluta IN DVBIO non dicūtur amittere eam qualitatem, vt non dicātur amplius solita locari, nisi constet de voluntate Domini directi, ita probat *Cur. Iun. de feud. par. 2. quæst. 5. num. 4. quem sequitur Gabriel cons. 82. num. 5. lib. 2.*

CCXCVII.

Emphiteusis Ecclesiastica IN DVBIO non dicitur transitoria ad filios naturales, cum verisimile non sit Ecclesiam pro sui dignitate

de ijs

de ijs cogitasse *l. ex facto* § *p. ff. ad trebell. & tradit Alcia. cons.* 34. *num. p. lib. p. quem sequuti fuimus nos in tract. de aequitate lib.* 2. *cap.* 151. *in fine*.

CCXCVIII.

Emphiteusis IN DVBIO concessa non censetur, vt transeat ad extraneos hæredes *Anchar. cons.* 38. *num. p. vers. Licet, & cons.* 134. *num. p. Cephal. cons.* 400. *num.* 5. *Clar. in* §. *Emphiteusis quaest.* 28. *vers. Et in specie Card. Mant. de tacit. & ambigu. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 3. *vers. Et probabiliter, & num.* 12. *quos retulimus in cit. cap.* 151. *nu.* 19. *cum seq. lib.* 2. *de aequitate*.

CCXCIX.

Emphiteusis Ecclesiastica concessa IN DVBIO censetur secundum consuetudinem regionis *arg. l. si fundus ff. de euit. l. licet C. locati*, & vbi consuetudo esset varia; Tunc attendi debet id quod vltimo loco actum est, quia in his vltimus attenditur actus, vt probat *Bart. in l. Mela* § *p. ff. de alim. & cibar. lega. Borel. cons.* 3. *num.* 33. *quos sequti fuimus in dicto cap.* 151. *num.* 41. & 54. *lib.* 2. *de aequit.*

CCC.

Emphiteutæ IN DVBIO fauendum est; Ratio est, quia in emphiteusi plus attenditur fauor accipientis, quam dantis, vt scribit *Alciat. cons.* 34. *num.* 4. *lib. p. per l. veteribus ff. de pactis, & diximus in cit. cap.* 151. *num.* 54. *lib.* 2. *de aequit.*

CCCI.

Emphiteusis IN DVBIO concessa præsumitur cum pactis amplioribus, vt ample diximus nos in *dicto cap.* 151. *num.* 56. & 57. *de aequitate*.

CCCII.

Emphiteusis IN DVBIO concessa censetur secundum consuetudinem personæ concedentis, quando consuetudo regionis est, varia vt sit alienabilis, ita probat *Paris. cons.* 13. *num.* 30. *lib. p. Decian. cons.* 123. *num.* 44. *lib. p. quos sequitur Menoch. cons.* 545. *num.* 19. *addi citatur ad Mascard. conclus.* 108. *in princip. idem Menoch. lib.* 3. *praesumpt.* 109. *num.* 7. *quem retulimus nos in cit. cap.* 151. *num.* 42. *lib.* 2. *de aequit.*

CCCIII.

Emphiteuta IN DVBIO censetur tantum expendidisse in meliorationibus,& expensis necessarijs,quantum res velet tempore extimationis *Natta cons.* 353. *num.* 2. *Pereg. decis.* 44. *num.* 64.

CCCIV.

In Emphiteusi Ecclesiastica cõpræhensę IN DVBIO non dicuntur fæminæ neq; eorum filij mascu'i, vt post *Alex. cons.* 61. *num.* 4. *lib. p. probat Ruger. cons.* 21. *num.* 18. *lib.* 2. Secus dicendum est in Emphiteusi laicali in qua IN DVBIO tàm masculi, quàm fæminæ compræhensæ dicuntur, vt subijcit *Alex. cit. cons.* 61. *num.* 4. *vers. In dubio autem sequitur Gabriel. commun. opin. tit. de verborum signif. conclus.* 6. *num.* 102. *cum seq.*

CCCV.

Emphiteusis Ecclesiastica IN DVBIO præsumitur compræhendere tertiam generationem, Laicalis verò emphiteusis perpetua IN DVBIO præsumitur *Ias. in l. in emphiteoticarijs num.* 161. *C. de iure emphit. Scapia tr. de iure non scripto lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 12. *additur ad Mascard. concl.* 108. *post medium*.

CCCVI.

Emphiteusis concessa IN DVBIO censetur fauore masculorum tantum, quando adest statutum excludens fæminas extantibus masculis, Doctores *in l. hæredes mei* §. *cum ita ff. ad trebel. Surd. decis.* 95. *sub num.* 2. *Qui testatur num.* 6. hoc etiam procedere in emphiteusi Ecclesia; Ex quo infert *Bal. in l. tres fratres ff. de pactis*, quod etsi filiorum appellatione regulariter veniant fæminæ, fallit tamen regula stante ellegato statuto, hoc idem tradit *Bart. in d.* §. *cum ita num.* 4. *ff. ad Trebell. vbi Castr. num.* 3. *Alex. nu.* 8. *& Ripa nu.* 75. *quos sequitur Tiraquel in l. si vnquam* §. *susceperit liberos num.* 84. *C. de reu. donat. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 6. *tit.* 7. *nu.* 8. *cum sequent.*

CCCVII.

Contra Emphiteusis qualitates IN DVBIO fit interpretatio secundum consuetudinem regionis, ad quam IN DVBIO esse semper recurendum tradit *Clar. in* §. *Emphiteusis quæst.* 28. *quem sequitur Magon. decis. Lucensi* 7. *nu.* 17. Credendum enim est contrahentes

voluisse

voluisse sequi consuetudinem Regionis,vt tradit *Imola in cap. potuit col. fin. ex locato & in cons.* 60 *quem sequitur, Cephal. cons.* 361. *n.* 3.

CCCVIII.

Emphiteoticus potius,quam censualis contractus IN DVBIO iudicatur fauore Ecclesiæ, nisi canon solueretur in pecunia *Valasc. de iure Emphit. quæst.* 32 *in fin. vers. Vnum non, & post eum tradit Gratian. lib.* 5. *discept. forens. cap.* 926. *num.* 6. 7. & 10. Vide supra in verbo Census.

CCCIX.

Emologatio Laudi ante illius publicationem, siue extensionem IN DVBIO non præiudicat *Bart. in l. cum antea num.* 5. *vbi Castrens. num.* 4. *C. de arbr. quos sequitur Caroc. decis.* 5. *sub num.* 13. *vers. In dubio autem.*

CCCX.

Emancipatus quis IN DVBIO non præsumitur,cum sit quid facti quod probandum est, *Card. Paleotus in tr. de nothis cap.* 20. *in fine Alsean. clement. de patria potest. cap. vlt. num.* 100. & *nu.* 109. *Menoch. cons.* 553. *num.* 5. *lib.* 6.

CCCXI.

Emptor IN DVBIO tenetur ad solutionem gabellæ. siue decimæ, aut laudemij debiti ratione contractus, non autem venditor; Quia quando statuitur,quod in contractu venditionis alicuius rei soluatur gabella,nec exprimitur per quem ex contrahentibus, semper intelligitur quod soluatur per emptorem, non autem per venditorem *l. debet ff. de edil. edicto Bald. in l. si pretium col.* 2. *C. de edi. act. Ias. in l.* 3. *col.* 123. *vers. p. quero & vers. seq. C. de iure emphit. quos sequitur Petrus Gregor. tr. de conceß. feud. par.* 8. *quæst.* 16. *num.* 25. *pag.* 284.

Non tamen procedit conclus. hæc, quando creditor accipit bona loco pecuniæ,quia tunc tenetur bona tradens ad laudemium, siue gabellam Ratio est,quia hæc bonorum assignatio respicit cōmodum debitoris,& odium creditoris,qui contra propriā voluntatem bona accipit loco pecuniæ sibi debite,& sic dicitur emptio necessaria pro qua grauari non debet emptor ad solutionem gabellæ,vt probat *Fontanel. de pactis nuptial, clas.* 5. *gl. p. num.* 121. *par.* 2. *lib.* 2.

CCCXII.

Emens rem etiam ex alterius pecunia, IN DVBIO emere præsumitur proprio nomine l. & magis ff. de solut. & post alios prabat *Menoch. conf.* 122. *num.* 12. *& conf.* 213. *num.* 36.

Limitatur tamen conclusio, quando ex pecunia rei hæreditariæ fideicommisso supposita facta fuit emptio, Quia tunc licet proprio nomine facta legatur emptio, IN DVBIO facta censetur nomine fideicommissariorum *arg. tex. in l. merito ff. pro socio, & probat Peregr. decis.* 2. *sub num.* 9. *præsertim vers. Sed tamen*.

CCCXIII.

Emptor IN DVBIO præsumitur ignorare qualitatem, siue vitia rei emptæ, *vt per l. qui tabernas ff. de contrah. empt. probat Bald. in rubr. C. de contrah. empt. quæst.* 6. *& in l. ex prædijs C. de euict. Alex. conf.* 63. *num.* 10. *lib.* 6. *Bologn. conf.* 2. *col.* 5. *vers. Non dicatur, Menoch. conf.* 1106. *num.* 2. *&* 3. *Surd. decis.* 265. *num.* 28. *& conf.* 13. *num.* 19.

CCCXIV.

Emptionis siue venditionis contractus IN DVBIO iudicandus est, ne dicatur fæneraticius *Bal. in l. rogasti* §. *si tibi in fine ff. si certũ petatur vbi Dec. in conf.* 308. *nu.* 7. *Ias. conf.* 73. *col.* 2. *lib.* 3. *Paris. conf.* 60. *num.* 62. *Menoch. conf.* 208. *num.* 20. *& Socin. Iun. conf.* 83. *num.* 5. *lib.* 2.

CCCXV.

Emptio IN DVBIO facta præsumitur ex pecunia soluentis, & sic emptoris *Bart. in l.* 2. *in* 2. *notab. C. pro socio Curt. in l. p. num.* 11. *C. de furtis, & late probat Mascard. de probat. concl.* 611. *num. p. cum seq.* Qui contrariam sententiam Ancharani reprobat, multasque ampliationes, & limitationes ad conclusionem adducit, *Cioffus conf.* 39. *num.* 13. *lib. p.* & nouissime tradit Hodierna ad Surdum *decis.* 15. *num.* 3.

CCCXVI.

Emptum ex pecunia hæreditaria IN DVBIO dicitur hæreditarium, præsertim quando statim post mortem testatoris facta fuit emptio *l. item veniunt ff. de petit. hæred. Castr. conf.* 326. *lib.* 2. *Alex. conf.* 40. *lib.* 3. *Alcia. conf.* 110. *lib.* 9. *Ias. conf.* 43. *col. vlt. lib.* 3.

Magon.

Magon. decis. Florent. 16. *num.* 5. *Peregr. decis.* 2. *num.* 7. *& post eos Giurba decis.* 111. *num.* 20. *&* 22. *ac Morot. resp.* 84. *num.* 6.

CCCXVII.

Emptor rei furtiuæ IN DVBIO non censetur emisse illam scienter, nisi qualitas venditoris, & prætij exiguitas aliud suadeant Doctores *in l. in ciuile C. de furtis & in l. quod seruus ff. depositi ac l. seruus cuiusdam ff. de condit. indeb. ac late tradit Gluss. tr. de pretio, & æstimat. lib. p. cap.* 6. *vers. Emptor, conferunt tradita per nos in tr. de aquit. cap.* 135. *num.* 17. 21. *&* 26. *lib.* 2.

CCCXVIII.

Episcopum dispensare posse IN DVBIO dicendum est Abb. in cap. qui cuidam de pænit. quem sequitur *Dec. in cap. at si Clerici* §. *de adult. num.* 96. de *indic. Viuius decis.* 512. *num.* 9. *par.* 4.

CCCXIX.

Æqualitas vt seruetur inter pares in gradu IN DVBIO decernendum est *Dec. cons.* 59. *col.* 3. *Vers. Tertio hoc probatur & cons.* 80. *col. pen. vers. Octauo, Alba cons.* 258. *num.* 3.

CCCXX.

Æqualitatem IN DVBIO seruare velle Testatorem inter posteros præsumitur *gl. in l. cum pater* §. *euictis ff. de lega.* 2. *Dec. cons.* 59. *col.* 3. *& cons.* 265. *in princip. iuncto cons.* 319. *in fin. quem seq. Alba cons.* 312. *num.* 28. *vbi addicitur Marcel. Maur. alleg.* 25. *n.* 10.

CCCXXI.

Error potius IN DVBIO præsumitur quam dolus, vt falsitas excludatur *Bal. in l. quoties* §. *p. ff. de hæred. instit. quem seq. Franc. Aret. cons.* 47. *col.* 3. *idem Bal. in l. p. in fi. vers. Quorum not. ff. de legibus & ample tradit. Asin. inter cons. crim. diuers. cons.* 113. *nu.* 9. *lib.* 2. vbi subijcit id maxime esse verum concurrente qualitate personæ rusticæ.

CCCXXII.

Error IN DVBIO non præsumitur, vt ample tradit Ill. D. Regens Fabius Capycius Galeota responso *Fiscali* 12. *num.* 78.

CCCXXIII.

Errore potius, quã ex certa scientia quis IN DVBIO se obligasse dicitur versus alium, & sic nõ ex liberalitate, & animo donandi *Alex.*

cons.

conf. 13. sub nu. 3. lib. p. quidquid in contrariũ affirmauerit Bart. in l. 2. §. circa ff. de doli except. qui ab alijs præsertim à Castrense reprehenditur *in l. generalibus ff. de verb. oblig.*

CCCXXIV.

Error iuris IN DVBIO non præsumitur *Bart. in l. quod nerua col. 5. ff. depositi, & in l. non fatetur col. vlt. de confessis, Alex. in leg. iuris ignor. C. qui admitti, quos sequitur. Lancel. Galieuola in repet. l. p. §. si quis ita num. 3. ff. de verb. oblig.*

CCCXXV.

Æstimatio IN DVBIO facit emptionẽ *l. cum fundus ff. locati l. si inter virum C. de iure dotium Dec. conf. 8. num. 4. Rol. à Valle conf. 29. lib. 2. & Card. Mant. tr. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 28. num. 31. lib. p.*

Quæ conclusio procedit etiam in dote *l. quoties C. de iure dotium, & probat Bimius conf. 163. num. 71. cum seq.*

Potest tamen ex pacto mulier efficere, vt fundus datus in dotẽ æstimatus retineat priuilegiũ legis Iuliç *l. quia si fundus ff. de fundo dotali Ias. Ludou. decis. 10. quos sequitur Glusianus de pretio eo æstimat. cap. 22. vers. Æstimatio lib. 2. pag. 122.*

CCCXXVI.

Excusatio vnius ex subdelegatis præsumitur præcessisse ad hoc, vt gesta per alios sine eo sint valida, Vantius *de nullitat. rub. p. quid sit nullitat. num. 29. vers. Item excusatio Io. Vincent. de Anna singul. 672. nuperrime à me visus.*

CCCXXVII.

Exceptionem rei iudicatæ minimæ obstare IN DVBIO iudicandum est; Quia hoc est partibus minus præiudiciale iuxta regulã *l. p. ff. si quis caut. Dec. conf. 445. num. 44. Torniola conf. 10. nu. 19.*

CCCXXVIII.

Expensæ IN DVBIO factæ præsumuntur ab eo qui ad eas tenebatur *Abb. conf. 116. in fi. lib. 2. Felin. in cap. sicut num. 55. vers. Fallit. 5. de re iud. Socin. conf. 82. num. 23. lib. 4. Decius conf. 348. num. 4.*

CCCXXIX.

Expensæ factæ per Patrem, pro filio studente IN DVBIO fa-

ctæ dicuntur de proprio patris nisi filius haberet peculium, vel alia bona *Iaſ. in* §. *fuerat num.* 111. *inſt. de action. Bart. in l.* 36. *ff. de negot. geſtis Tepat. in tit. ferul. erciſcende verſ. Quamuis vol.* 282. *quos ſequitur Gratian. lib.* 4. *diſcept. forenſ. cap.* 739. *num.* 39.

CCCXXX.

Executio conceſſa contra filium familias habentem diuerſa peculia, primo fit in peculio Caſtrẽſi, vel quaſi, mox in alijs, IN DVBIO tamen fit in vtroq; *l. hinc quaritur* §. *poteſt de pecul. & l. ſi certatum ff. de milit. teſtam. Faller. ex* §. *fin. num.* 5. *inſtit. de notab. actione*.

CCCXXXI.

Excommunicatio fulminata IN DVBIO cenſetur maior, non autem minor *cap. ſi qua de excommunic. Abb. in cap. cum ſit generale num.* 9. *de foro compet.* Ratio eſt, quia communiter Iudices vtuntur excommunicatione maiore vt inquit, Scap. *tr. de iure non ſcripto lib. p. cap.* 52. *num.* 13.

CCCXXXII.

Excommunicatione ligatus potius IN DVBIO quis præſumitur fauore animæ, quam ſolutus *cap. iuuenis de ſponſal. & cap. conſilium de obſeru. Ieiunij Gabin. de verb. ſignif. lib.* 5. *cap.* 18. *n.* 403.

CCCXXXIII.

Excommunicationem facti, non iuris quem incuriſſe IN DVBIO cenſeri debet, *Molina de iuſt. & iure tom.* 4. *tr.* 3. *diſput.* 67. *num.* 7. *& Azor. inſtit. Moral. tom. pr. lib.* 2. *cap.* 19. *quaſt.* 10. *&* 11. *quos ſequitur, Diana reſol. Moral. lib.* 4. *tr.* 3. *reſol.* 35.

Vbi tamen tã IN DVBIO facti, quam iuris aliquem non eſſe excommunicatum cenſendum probat; Quam ſententiam veriorem eſſe puto, cum IN DVBIO melior ſit conditio poſſidentis; Et ſic cum vnuſquiſque poſſideat iùs communicandi cum fidelibus, non debet IN DVBIO ea poſſeſſione priuari, & hanc concluſionem ſequitur, *Sanchez in ſumma tom. p. lib. p. cap.* 10. *num.* 55.

Qui Diana ſubijcit quod etiam dubitans de alterius excommunicatione, & denunciatione, non debet illum euitare; Cum illi faceret iniuriam; Dum enim IN DVBIO melior ſit conditio poſſidentis, non debet priuare illum communione in re dubia; Subijcitque idem Diana idem procedere in ſuſpenſione DVBIA, atq; in interdicto

dicto

dicto DVBIO, cum eadem militet ratio per *Sanchez loco citato num.* 82.

Prout in vers. Et nota inquit idem Diana quando excommunicatio est conditionalis; Dubiumq; est an conditio fuerit adimpleta, ea non ligat quamdiu non constat de implemento conditionis ex *Emanuele de Mora Opusculo p. de ental. & incant. sect. p. cap.* 5. *num.* 8., Qui auctor nu. 9. etiam docet obligatum ad soluendam pensionem certo termino sub pæna excommunicationis in forma Cam. non illã incurrere adueniente termino, antequam pensionarius declaret per actum publicum suam voluntatem. *Idem tradit Diana loco citato in fine.*

CCCXXXIV.

FACERE quis IN DVBIO præsumitur quod comuniter fit, *Bart. in l.* 2. *num.* 2. *C. de rescind. venditione.*

CCCXXXV.

Facere voluisse aliquem id quod eius antecessores fecerunt IN DVBIO dicendum est arg. eorum quæ notant scrib. præsertim *Ias. in l. certi conditio* §. *si numios ff. si certum petatur, Guido Papæ decis.* 131. *Socin. Iun. cons.* 168. *num.* 41. *cum seq. lib.* 2. *Bursa. cons.* 227. *num.* 46. *lib.* 3. *Io. Vincentius de Anna singul.* 690. *per hac scripta visus.*

CCCXXXVI.

Factum gerens si ex voluntaria, vel necessaria causa facere potuit IN DVBIO ex necessaria causa fecisse præsumitur, ita probat *Crau. cons.* 235. *num.* 34. *cum alijs Menoch. citatis lib.* 3. *præsumpt.* 30. *num.* 4. *& in cons.* 331. *num.* 74. *quos sequitur Ill. Regens Capyc. Galeota resp. Fiscali* 12. *num.* 313.

CCCXXXVII.

Factum expensis facientis IN DVBIO semper factum præsumitur *Bald. in l. fin.* §. *in computat. num.* 2. *vers. Et adde quod probatio C. de iure delib. Alex. cons.* 78. *discussis hos num.* 4. *vers. Tamen in proposito lib.* 2. *Crau. cons.* 131. *num.* 12. *Mascard. de probat. conclus.* 1319. *num.* 12. *quos sequitur Cratian. lib.* 2. *discept. for. cap.* 294. *num.* 3.

Fami-

CCCXXXVIII.

Familia à Testatore vocata IN DVBIO de effectiua idest de propria agnatione testatoris descendente, vel ascendente loquutum illum fuisse dicendum est, non autem de familia contentiue, siue passiue, quæ compræhendit omnes transuersales, *tex. in l. pronunciatio §. familia, vers. Iure enim, & vers. communi iure ff. de verborum signif. Paris. cons. 51. num. 10. lib. 2. & Salic. inter cons. Anchar. cons. 95. col. p. Ruin. cons. 153. num. 10. lib. 2. quos sequitur Simon de Pretis de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. fol. 11. num. 25. vers. Altero autē modo fol. mihi 289. n. 5. & Menoch. cons. 106. num. 218. & 226. & post eos Gioagn. cons. 39. num. 23.*

CCCXXXIX.

Fama IN DVBIO à personis fide dignis orta præsumitur, vbi contrarium non probetur *Farin. quæst. 47. num. 162.*

CCCXL.

Falsum IN DVBIO non præsumitur *Dec. cons. 175. num. 4. in fin. cons. 189. num. p.*, Adeo quod ad illius exclusionem præsumitur cedulam scriptam fuisse per eum, quam scriptam non esse quis contendit, vt post alios ample probat Hector *Felic. Alleg. 92. num. 17., & Farin. Decis. 67. num. 5. registr. post eius consil.*

CCCXLI.

Falsum instrumentum non esse IN DVBIO præsumitur, Afflic. *decis. 28. nu. 2.*, Quia propter auctoritatem. Tabellionatus censetur esse probatio prabata Alba *cons. 99. num. p.*

CCCXLII.

Falcidiam sibi deberi ignorare IN DVBIO censetur hæres ex legato, quod soluit *l. quia in alterius ff. de reg. iuris, & probat Monticula tr. de inuent. diuers. quæst. 235. num. 188. pag. 292.*

CCCXLIII.

In Falcidiam computari datum per Testatorem IN DVBIO, censetur Immola *in l. cum quo de pecul peculio §. sæpius euenit num. 4. ff. ad legem falcidiam.*

CCCXLIV.

In Falcidiam non imputantur IN DVBIO quæ extra casum testamenti capiuntur *l. pater filium ff. ad legem falcid. Massin. selectarum*

rum iuris distinct. sent. p. distinct. 65. num. p. pag. 169.

CCCXLV.

Feudum IN DVBIO rectum, & proprium præsumitur, & sic quaternatum, non planum & de tabula, & consequenter in potiori significatu, ita docuit Bald. *in cap. primo, qui sibi & hared. suis, & in cap. primo an Agnati Alex. cons.* 15. *lib.* 5. *Sola ad decreta Sabaud. tit. de feuda glos. vn. num.* 8. *& num.* 12. *pag. mihi* 180., *& seq.* Cum feuda plana censeantur minima, de quibus non censetur cogitatum, vt tradit Illust. Regens Capicius Galeota *lib. p. controu.* 7. *nu. primo*, Quod procedere etiam in Feudo possesso ab Ecclesia docet idem Auctor *num.* 3.

CCCXLVI.

Feudum IN DVBIO hæreditarium non presumitur, sed ex pacto, & prouidentia concessum, Quia IN DVBIO Feudum acceptum censetur pro se & hæredibus, idest filijs iuxta *l. ex facto* §. *si quis nat ff. ad trebell.*, *Et late probat Misinger. singul. obseru.* 2. *num.* 2. *cum.* 4. Vbi contrariã opinionẽ tenuisse Herniam narrat, & hanc partem comprobat in *decis. Cam. Imper. & nouiss. Camill. de Laratha de feud. par.* 7. *dilucidat* 28. *lib. p. per totam.*

Contrarium tamen probat Alcia. *cons.* 17. *num.* 3. *lib.* 3. nempe Feudum IN DVBIO censeri hæreditarium non ex pacto, etiamsi non sit facta mentio hæredum in Inuestitura *Bal. in cap. p. an agnati Alex. cons.* 10. *lib.* 3. *Sebast. Sapia in repet. l. si C. num.* 92. *de edicto Diui Adr. Toll. Natta cons* 271. *num.* 10. *& cons.* 634. *num.* 6. *& n.* 9. Quam sententiã sequitur Card. Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 23. *tit.* 9. *par.* 2. *Menoch. cons.* 104. *num.* 6. *qui tamen dubitat num.* 18. *Bec. cons.* 88. *num.* 6. *lib. p. Cephal. cons.* 301. *num.* 108. *quos sequitur Io. Vincentius Anna singul.* 656. *& ibi Fabius Additionator, & Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 293.

CCCXLVII.

Feudum IN DVBIO antiquum præsumitur Rol. *cons.* 3. *nu.* 3. *lib. p. & cons.* 57. *num.* 18. *lib.* 3. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsump.* 93. *num. p. Bello. cons.* 23. *num.* 2. *Molina de primog. Hispan. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 16. *pag.* 189. *& nouiss. probat Camillus de Laratha tr. de feud. pag.* 7. *dilucid.* 7. *per totum lib. p. Galina de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 59.

De-

Destinguunt tamen Doctores,& præsertim Io. Andr. in cap. p. de grad. succ. in feudis, nempe Feudum nouum dici IN DVBIO, possidente Domino; Feudum vero antiquum Vassallo possidente, ita probat Alex. *cons.* 10. *lib.* 3. *& cons.* 15. *lib.* 5. *Dec. cons.* 269. *Menoch. de arbitr. casu* 191. *Card. Alba. cons.* 3. *num.* 7. *Bec. cons.* 56. *nu.* 2. *& cons.* 88. *num.* 2. *lib. p. Cephal. cons.* 361. *num.* 5. *Ludou. Molina de primog. Hisp. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 16. *quos sequitur Io. Vincent. de Anna singul.* 633. *& ibi Fabius Addicionator, ac Allegat. p. nu.* 18. *ad rem Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cons.* 18. *num.* 294.

CCCXLVIII.

Feudum in concessione cum omnimoda iurisdictione IN DVBIO, non censetur contineri appellationis cognitionem, Iacobus de Sancto Georgio *de feud. in verbo cum mero, & mixto imperio num.* 9. *Alciat. cons.* 103. *num.* 6. *&* 9. *lib.* 5. *quos sequitur Rosental. de Feud. cap.* 5. *concl.* 5. *num.* 13. *& conclus.* 11. *nu.* 3. *vbi addicionator lit. C.*

CCCXLIX.

Feudum omne concessum IN DVBIO censetur secundum naturam feudalem, *tex. in cap. p.* §. *fin. & ibi glo. in Verbo adempta vbi Scrib. omnes, quid sit inuestit., Bal. in cap p.* §. *præterea in p. col. eodem tit., Salic. in l. neq; naturales C. de probat., Et post alios plures Rosental. de feud. cap.* 2. *q.* 54. *nu. p. par. p. Et ibi Addicionator, Socin. Iun. cons.* 40. *nu.* 3. *Et cons.* 77. *lib.* 3., *Crau. in cons. pro genero nu.* 314., *Ad rem Ill. Regens. Capyc. Galeota post hac scripta visus controu. p. num.* 18. *lib.* 2.

CCCL.

Feudum IN DVBIO censetur iure feudi nobilis, quod confert paradogium, idest nobilitatem, ita post Iserniam tradit Freccia *de feud. tit. de differ. inter quaternum, & planum cap.* 26. *sub num.* 34. *ac probat Illustris. Regens Capyc. Galeota controuers.* 7. *sub nu. p. lib. p.*

CCCLI.

Feudum erectum à Rege IN DVBIO censetur quaternatum, vt probat Illustris. Regens Capyc. Galeota, *Resp. Fiscali* 24. *nu.* 71.

CCCLII.

Feudatarius nemini ex pluribus Dominis, quibus tenetur IN

DVBIO inferuire debet, quando ignoratur cui primo homagium factum fuerit, *l. si fecerit, ff. de reb. dubijs*, *& l. duo sunt Titij ff. de Testam.*, quam conclusionem latissimè expofuimus, nos *in tract. de* æquitate *cap.* 188. *præsertim nu.* 16. *lib.* 2., vbi contrarium verius esse scripsimus nu. 17. dum concluditur vtrumq; Dominum iuuare debere IN DVBIO Vasfallum.

Et gratificationi locus esse docet Specul. *tit. de feud. lib.* 3. *partic.* 4. §. *quoniam num.* 27. *pag.* 320.

CCCLIII.

Feudatarius IN DVBIO tenetur ad seruitium Domini etiamsi in inuestit. id non fuerit expressum, Isern. *in cap. p. num.* 19. *vers. si enim dedisse de controu. Inuest. Cannet. in extrau. Si aliqua*, §. *in textu*, *Odd. conf. p. nu.* 117. Vers. *Sed in hoc est*, Quamuis contrarium alij voluerint de quibus Illustrifs. Capyc. Galeota *in decis. ad controu.* 53. *art.* 3. *num.* 5. *cum plur. seq. lib. pri.*

CCCLIV.

Feudum, siuè iurisdictio ordinaria si pluribus conceditur IN DVBIO concessa censetur cuilibet in solidum Bar. *in l. p.* §. *si plures, ff. de exercit. & in l. fin. ff. de resid. quem sequitur*, *Curt. Sen. conf.* 49. *num.* 52.

CCCLV.

Feudum donans IN DVBIO videtur donare illud cum fructibus existentibus, & pendentibus, Bal. *in cap. p. col.* 6. *An Agnati ex verbis, quem sequitur Io. Vincent. de Anna Sing.* 641. *nouissimè à me visus*.

CCCLVI.

Feudatarius titulatus, videlicet Dux, aut Marchio, IN DVBIO possidere præsumitur iure promptio Ducatum, siuè Marchionatum, tanquam liberum, & allodialem, non tanquam feudum habitum à Rege, Hostens. *in cap. fin. de nud. & ibi Io. Andreas*, *Alcia. de præsumpt.* 3. *nu.* 2. *Io. Orob. in l.* 4. *nu.* 3. *ff. de rerum diuis.*, *quos sequitur Padil. in repet. l. Atius nu.* 3. *C. de seruitut. & aqua*.

Contrarium tamen voluerunt multi, vt scilicet is Vasfallus sit Regis in cuius Prouincia situs est Ducatus, siuè Marchionatus inter quos Bal. *in l.* 2. *nu.* 8. *C. quomodo, & quando Iudex*, *Affl. decis.* 285. *num.*

86.

86., Ea ratione, quod Imperator habeat fundatam intentionem suam de iure communi contra hos Dominos suos Vassallos, cum sit Mundi Dominus, *l. de perditio. ff. ad l. Rod. de iactur.*, *l. benè à Zenone vers. omnia C. de quadrien. præscript.*, Id quod in quolibet Rege superiorem non recognoscente dicendum videtur, saltem intra limites sui Regni, vt voluit Bal. Nouel. *in l. exemplo C. de probat. quem allegat. Padil. loco rel. sub nu. 4., Vbi tenet priorem sententiam esse veriorem.*

CCCLVII.

Feudalis res quando IN DVBIO præsumatur, siuè de feudo latè scribit Alex. *cons. 55. col. 2. lib. 4. & cons. 15. atq; cons. 196. lib. p. Gramat. decis. 77. nu. 12. Affl. decis. 267.*, *Boss. tit. de Principe num. 263. & Bellonus cons. 10.*

CCCLVIII.

Feudum ad masculos tantum transire IN DVBIO præsumitur iuxtà regulam feudorum, quæ fæminas excludit, Dec. *cons. 517. nu. 5. Socin. Iun. cons. 65. nu. p. lib. p. Rimin. Iun. cons. 153. num. 28.*, *Cephal. cons. 172. nu. 17. cum seq. cons. 289. nu. 9.*, *& cons. 389. n. 4.*

Et si enim in inuestitura non fiat mentio de sexus, & ætatis prærogatiua, Adhuc tamen IN DVBIO Primogenitum masculum succedere, iuxtà Prouinciæ consuetudinem affirmandum est, vt euitetur feudorum diuiduitas; Ità expressæ de feudis Regni Neapolitani, loquens probat Illustris. Regens Capycius Galeota *controuers. p. nu. 11. lib. 2. post hæc scripta visus.*

CCCLIX.

In feudis fæmina non censetur IN DVBIO exclusa per masculum quando feudum originem habuit à fæmina, Molin. *de primogen Hispan. lib. 3. cap. 5. nu. 73. quem sequitur Menoch. cons. 331. nu. 22*

CCCLX.

Feudi concessio facta pro se, & descendentibus IN DVBIO intelligitur de descendentibus masculis, si facta fuit pro masculo, siuè pro fæmina, Bal. *in cons. 330. lib. p. quem sequitur, Menoch cons. 331. num. 32.*

CCCLXI.

Castro in Feudum concesso, merum, & mixtum imperium IN DV-

DVBIO concessum fuisse dicendum est; Quia Principes ità concedere consueuerunt, Lofred. *cons.* 24. *Vrsil. ad Affl. decis.* 122. *quos sequitur Illustriss. Regens Capyc. Galeota in decis. ad controuers.* 53. *art.* 3. *num.* 27. *lib. p.*

CCCLXII.

In Feudis, quod viuatur iure Francorum IN DVBIO iudicandum est, saltem in Regno Neapol. Capyc. *in cap. Imperialem*, §. *firmiter in fi. de prohib. feudi alien. per Feder. quem sequitur Io. Vincent. de Anna Alleg.* 41. *nu.* 5., Quo iure succedere solet Primogenitus in feudis, hanc conclusionem comprobat etiam Illustriss. Regens Capyc. Galeota in quem post hæc scripta incidi *controu. p. nu.* 14., 24., *&* 25. *lib.* 2. *actionis*.

Contrarium tamen tenet Io. Andreas *in d. cap. Imperialem* §. *Præterea Ducatus col.* 2. *vers. Sed nunquid sit necesse*, Videlicet, quod IN DVBIO non præsumetur vigere ius Francorum in Regno Neapolitano; Idem tenet in Constitutione Diuæ memoriæ col. p. vers. item innuit *glo. Affl. in d.* §. *Præterea col.* 4. *ac admittit idem Capyc. in Inuestitura feudali in Verbo feudorum clausula vers. Sexus, & ætatis pag.* 97. Idem probat Cumia *in cap. Regni Siciliæ in præludijs nu.* 31. *Et in verbo Francorum iure, ac Canetus in cap. videntes pag.* 63. *vers. Sed operè pratium est nu.* 6., licet contrariam opinionem defendit *in cap. si aliquem vers. Sed præstat quærere pag.* 271. Federe tamen distinctionis contrarias opiniones conciliat D. Regens Capyc. Galeota, *cit. controu. p. nu.* 73. *lib.* 2.

CCCLXIII.

Feudi concessio vbi DVBIA consulendus est Princeps, vt eius decisione tollatur ambiguitas, ita tradit Illustriss. Regens Capyc. Galeota *Responso Fiscali* 4. *nu.* 36.

CCCLXIV.

Feudum datum seruo IN DVBIO acquiritur Domino, cum seruus iure ciuili nihil proprij possideat, & pro mortuo habeatur Rosental. *de feud. cap.* 3. *qu.* 6. *num.* 5., *Vbi nu.* 6. *concludit*, Quod si feudum datum fuit seruo, sciente, nec contradicente Domino, cum clausula ne Domino acquiratur, Tunc seruus vinculo Dominij solutus intelligitur; Alias contradicente Domino non valeret infeudatio,

tio, vt probat Isernia *in cap. p. §. Personam verò nu. 13. & ibi alij scribentes, per quos fiat inuestitura.*

CCCLXV.

Feudum IN DVBIO concessum censetur, secundum antiquum ius, & illis pactis, quibus alias fuerat concessum Afflic. *in cap. p. nu. 79. vers. Item præsumitur*, Ex quibus causis Feudum amittitur quem sequitur Illustris. Regens Capycius Galeota, *Responso Fiscali 12. sub n. 259., post Solam inter consilia Raudens. cons. 31. nu. 13. & 14.*

CCCLXVI.

Feudum IN DVBIO paternum præsumitur *cap. p. vbi Bal. & cæteri si de feud. fuerit controu. inter Dominum, & Agnatum Vassal. Galin. de verborum signif. cap. 18. nu. 292. lib. 5.*

CCCLXVII.

Feneratitius contractus IN DVBIO non est dicendus, *Bal. in l. Dogmi, §. si tibi, ff. si certò petatur, Menoch. cons. 201. nu. 20.* Vide supra in Verbo emptio.

CCCLXVIII.

Fiscus IN DVBIO vti debet iure priuatorum, quando non habet expressum priuilegium, *l. quod placuit, & ibi glo. ff. de Iure Fisci, & l. Item, §. in priuatorum, ff. de petitione hæred. Card. Mantica de Tacit. & Ambig. lib. 11. tit. 25. nu. 17. par. p., Peregr. de Iure Fisci lib. 6. tit. p. n. p. Alex. Galua. cons. 14. nu. 95., qui contrarium probat nu. 96. cum seq. & limitat. nu. 101. cum seq.*

CCCLXIX.

Fiscus IN DVBIO præsumitur, vti iure priuati, *l. p. & l. certi vbi Doctores, C. de petit. hæred., Anchar. cons. 101. sub num. 8. vers. Pro præmissis.*

CCCLXX.

Contra Fiscum IN DVBIO iudicandum est, *tex. in l. non puto, ff. de iure Fisci, & ibi scribentes omnes præsertim Alex. Turraminus, in l. p. ff. soluto matrimonio, Couarn. Var. resol. lib. p. cap. 10., & Peregr. de Iure Fisci lib. 6. tit. p. n. p., Anneus Robertus lib. p. rer. iud. cap. 12. Vers. quod si criminis pag. 213. Vbi scribit.* Capitolinum comendare Imperatorem Marcum Antonium, quod in causis iudicandis Fisco non faueret, cum Fisci causa mala esse deberet sub bono Prin-

Principe, *Menoch. conf.* 230. *nu.* 131., *Gioagn. conf.* 58. *nu.* 48.

Contrariam sententiam tamen permulti amplexi sunt, quod scilicet IN DVBIO fauore Fisci sit pronunciandum, ea ratione, quod cum dos, & Fiscus quoad ius hypotecæ pari vtantur priuilegio Scribentes *in l. p. ff. sol. matrim.*, Et clarum sit, quod IN DVBIO fauore dotis sit iudicãdum, vt probatum fuit supra in Verbo Dos, Idem decernendum esse videtur fauore Fisci; Et hanc sententiam veriorem esse concludit Card. Mantica *de Tacit. & Ambig. lib.* 11. *tit.* 25. *nu.* 19. *cum seq. plur.*, Et nouissimè totis viribus defendit Eruditissimus D. Merenda *lib.* 3. *controu. iuris cap.* 18. *par. p.* qui declarat tex. *ipsum in l. non puto*; Et contrarium tenentes tollere conatur concludens ad ius commune, & iuxta ius priuatorum iudicari debere in causis Fisci.

Distinctionis tamen federe conciliantur contrariæ opiniones, vel enim agit Fiscus de lucro captando, vel de damno euitando, & primo casu IN DVBIO contra Fiscum venit pronuntiandum, cum IN DVBIO fauore eius, qui agit de damno euitando iudicandum sit, vt copiosè tradit Cephal. *conf.* 7. *nu.* 12. *& conf.* 116. *nu.* 6., *Ludouis. Dec.* 47. *nu.* 3., *& decis.* 164. *nu.* 12., *Bimius conf.* 288. *num.* 62. *cum seq. Mastril. decis.* 44. *nu.* 59. *par. p. & Menoch. conf.* 1007. *num.* 49. Vbi probat, quod si de pæna agitur IN DVBIO Fiscus succumbere debet, cum in re dubia Fisco non sit fauendum ad lucrũ captandum, vt probat idem Menoch. *conf.* 305. *nu.* 25., Et sic locum habet prima conclusio.

In secundo verò casu procedit contraria, sententia, quia quando agit de damno euitando, Fisci fauore IN DVBIO pronuntiari debet, ita probat Cuma. *in l. p. num.* 11. *ff. sol. matrim.*, quia tunc benignior sententia amplectenda est, *l. si praces, & l. interpratatione, ff. de panis, Decius in cap. Ex litteris nu.* 29. *de probat. & in l. in ambiguis nu.* 2. *de reg. iuris, Ripa in l. p. n.* 4. *vers. Non obstat tex. ff. sol. matrim. quos sequitur Card. Mantica cit. tit.* 25. *nu.* 22. *cum plur. seq.*

Si verò vtrinq; pares sint probationes, & agatur de pari causa pro Fisco etiam actore pronuntiandum venit, *l. p. C. de iure Fisci lib.* 10., *Specul. tr. de testibus*, §. *postquam nu.* 17., *Dec. in cap. ex litteris col.* 2. *vers. pro data de probat.*, *& Gard. Mant. cit. tit.* 25. *num.* 21.

Fisci

CCCLXXI.

Fisci hypoteca IN DVBIO potior præsumitur Couar. *Var. resol. lib. p. cap. 16. sub nu. 6. vers. prior tamen sententia quem sequitur Card. Mant. de tacit. & ambig. d. lib. 11. tit. 25. num. 21. & tradit nouiss. Illustriss. Regens Capyc. Galeota Resp. Fiscali 6. nu. 56.*, Vbi concludit contractum, & hypotecam Fisci IN DVBIO censeri præcessisse ex Bal. & Imola *in l. cum in Testamento, §. p. ff. de hared. instituendis, Peregr. de iure Fisci lib. 6. tit. 6. nu. 39.*

Qui D. Galeota nu. 63. etiam probat Fiscum præferri etiam doti anteriori in causis administrationis primipilatus, & similium *per l. p. C. de priuileg. Fisci, & l. Satis notum, C. in quibus causis pign. tac. contrah. ac l. vtilitas, C. de principib. lib. 12.*, Vbi etiam declarat, quod munus primipili, intelligitur pro debito Thesaurarij, & Camerariorum, (vt nuncupant) administrantium publicam pecuniam destinatam pro Regni deffensione, & publicis necessitatibus.

CCCLXXII.

Fisci officialis quidquid acquisiuit, IN DVBIO acquisiuisse præsumitur ex bonis Fisci, vt docuit Accursius *in l. deffensionis facultas in glo. vlt. in fi. C. de Iure Fisci lib. 10., Bal. in l. etiamsi vxoris, C. de donationibus inter virum, & vxorem, & in l. p. sub num. 7. vers. ita vt C. de hared. & act. vend. & in Auth. licentia nu. 4. C. de Episc. & Cler., Mascard. de probat. conclus. 1134. nu. p.*

CCCLXXIII.

Fiscus IN DVBIO priuilegiatus non præsumitur *per tex. in l. non pacto, ff. de Iure Fisci, Dec. in l. in Ambiguis, ff. de reg. iur. Couar. lib. p. var. resol. cap. 16. nu. 1. Peregr. de iure Fisci lib. 6. tit. p. nu. 3., & Caballin. de euictiones, §. 3. nu. 107.*, qui idcircò, vti debet iure communi, & priuatorum, vt fuit dictum supra ex Menoch. *cons. 24. nu. 9. & Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 11. tit. 25. num. 17. par. p.*

CCCLXXIV.

Fisci iura IN DVBIO ad priuatos etiam extenduntur, Euerard. *in loco à Fisco ad Ecclesiam fol. penult. vers. dummodo, Menoch. cons. 242. nu. 9., & Peregr. de Iure Fisci lib. 6. tit. p. nu. 6.*

CCCLXXV.

Fideicomissum IN DVBIO relictum videtur ab eo, à quo relinqui potuit Peregr. *cons. 2. n. 22. lib. 6.*

CCCLXXVI.

Fideicommissũ IN DVBIO ob fauorem descendentium constitutum fuisse præsumitur *arg. l. cum acutiss. C. de fideicom. & l. cum auus de condit. & demonstr. Raudens. decis. Pisana* 28. *num.* 119.

CCCLXXVII.

Fideicommissum reciprocum IN DVBIO non præsumitur Peregr. *cons.* 54. *num. p. lib. p. Surd. cons.* 329. *nu. p. quos sequitur Alex. Galua cons.* 34. *num. p. cuncto num.* 42. *&* 108.

CCCLXXVIII.

Fideicommissum non extare IN DVBIO dicendum est Rota *decis.* 804. *incip. Testator, in antiquis circa finem, Crau. cons.* 180. *in fi. Cephal. cons.* 45. *num.* 12. *& cons.* 433. *n.* 17. *Galua, cons.* 22. *n. p.*

Ratio est quia cum fideicommissũ dicatur onus IN DVBIO non præsumitur *l. cohæredi §. cum filia ff. de vul. & pupil. Alex. Galera cons.* 48. *num.* 78. Idem censendum de bonis quæ non venire in restitutione fideicommissi dicendum est Socin. Iun. *cons.* 107. *num.* 5. *lib.* 3. *cons.* 89. *num.* 13. *lib.* 4. *Menoch. cons.* 315. *num.* 27., *& cons.* 220. *num.* 5. *quos sequitur Diana lib.* 4. *resol. moral. tr.* 3. *resol.* 73. & nouissime tradit Illust. Regens Capyc. Galeota contru. 41. sub num. 21. vers. Primo, enim, lib. 2. & in responso Fiscali 16. num. 28. idem *probat Fusar. tr. de fideicom. quæst.* 291. *num. p. qui num.* 2. refert contrarium tenentes, & num. 6. limitat. conclusione minime procedere, quando pia causa ageret ad fideicommissum, cum tunc IN DVBIO fideicommissum extare dicendum sit, post Raudens. *decis. Pisana* 31. *num.* 31. *num.* 316. *vers. Tertius est casus.*

CCCLXXIX.

Fideicommissum IN DVBIO relictum dicitur à primo instituto *Bald. in l. ab eo num.* 4. *C. de fideicom. & in l. ex tribus in fine C. de in off. testam. Menoch. cons.* 106. *num.* 363.

CCCLXXX.

Fedeicommissum relictum IN DVBIO censetur ab hæredibus Filij, non autem ab ipso filio si eius hæredes sunt grauati Bart. *in l. qui duos in fine ff. de vulg. & pupil. vbi Alex. & cæteri, ac probat Ias. in l. cohæredi §. cum filia ff. eodem tit. quos sequitur Paris. cons.* 55. *n.* 9. *lib.* 3.

Fidei-

CCCLXXXI.

Fideicommissum IN DVBIO relictum censetur à venientibus ab intestato,non autem à substituto Suarez *in l. quoniam in prioribus limit. p. num.* 20.

CCCLXXXII.

Fides in promissione adhibita, intelligitur IN DVBIO de fide humana, Et sic non habet vim periurij, ita probat Couaruu. *in cap. quamuis* §. 2. *num.* 2. *de pactis lib. 6. quem sequitur Gratian. lib.* 4. *discept. foren. cap.* 721. *num. p.* Qui tamen contrarium sequitur *num.* 10.videlicet quod idem fit ac si per Deum fidem adhibitam tale iurasset, quam sententiam amplectitur Rimin. Iun. *cons.* 521. *num.* 86. *& Bursa cons.* 78. *sub num.* 19. *vers. Licet enim in dubio lib. pri. Manti. de iuram. par. p. quaest.* 7. *num.* 22. ratio est quia Deus non facit differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum, vt ibidem *num.* 5. *subijcit Gratianus*.

CCCLXXXIII.

Fides bona ex possessione IN DVBIO arguitur Bal. *in l. Celsus col. penult. vers. Dico etiam ff. de vsucap. & notat glo. instit. de vsucap. in princip. in verbo, bona fides ac late tradit Dec. cons.* 410. *num.* 2. Vide supra in verbo bona fides.

CCCLXXXIV.

Filius nominatus in testamento IN DVBIO vocatus presumitur sui potius quam patris contemplatione arg. *l. fin. C. de vsufr. & late tradit Menoch. cons.* 304. *num.* 26.

CCCLXXXV.

Filiorum appellatio IN DVBIO ad Testatorem refertur non ad eius hæredem Alex. *cons.* 198. *num.* 3. *vers. confirmo lib.* 6. *Cephal. cons.* 333. *num.* 9. *& cons.* 313. *num.* 10. *lib.* 3.

CCCLXXXVI.

Filiorum fauore IN DVBIO pronuntiandum est, vt scilicet censeantur effecti legitimi, & succedant in omni successione Io. Andreas *in cap. fine culpa col.* 5. *vers. Secundo arguam de reg. iuris, & posteum probat Menoch. cons.* 225. *num.* 21.

CCCLXXXVII.

Filius IN DVBIO præsumitur ignorare adesse fideicommissum

paternum vel auitum *Bart. & caeteri in l. qui Roma* §. *duo fratres ff. de verb. oblig. Odd. cons.* 8. *num.* 32.

CCCLXXXVIII.

Filius IN DVBIO præsumitur possidere bona, quæ eius Pater possidebat, si hoc affirmat *l. siue possidens vbi glo. C. de probat. Bar. in l. Pomponius* §. *fin. ff. de acquir. possess. Alcia. cons.* 98. *sub num.* 7. *lib.* 5. *tom.* 2.

CCCLXXXIX.

Filius locum patris IN DVBIO ingredi non dicitur, quia rapræsentio fit ex iure quodam speciali *Iacob. de Beluisio in* §. *reliquum auth. de hared. ab intest. venient Bart. in l. post consanguin.* §. *p. ff. de suis, & legit. Menoch. cons.* 200. *num.* 41.

CCCXC.

Filius IN DVBIO dicitur patris hæres, quando possidet bona per patrem relicta *Bal. cons.* 16. *lib.* 4. Axioma enim illud, filius ergo hæres, locum habet fauore tantum ipsius filij vt probat Menoch. *cons.* 1028. *num.* 20.

CCCXCI.

Filius IN DVBIO præsumitur possidere bona patris vti illius hæres *l. p. vbi glo. in verbo prolatum C. de repud hared. Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 300.

CCCXCII.

Filius IN DVBIO præsumitur potius naturalis, quam spurius Bal. *cons.* 448. *lib.* 2. *Crau. cons.* 128. *num.* 11. *Menoch. cons.* 108. *num.* 25. Vide infra in verbo naturalis.

CCCXCIII.

Filius IN DVBIO legitimus præsumitur, præsertim ex positus Felin. *in cap. cum deputati num.* 13. *de iudic. Card. Paleot. tr. de noth. & spur. cap.* 83. *num.* 3. *&* 7. *par.* 2. *Menoch. cons.* 927. *nu.* 34. *Peregr. de fideicom. art.* 43. *num.* 71. *idem Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 54. *num.* 20. *& cons.* 810. *num.* 30. *Peregr. cons.* 70. *nu.* 8. *lib.* 2. *Marta voto* 26. *vbi ample hanc tractat materiam.*

Quo vero ad ordines suscipiendos requiri dispensationem in expositis docet Couar. *in clem. si furiosum de homicid. par. p. quam sequitur Gratian. lib. p. discept. forens. cap.* 135. *num.* 3.

Filius

CCCXCIV.

Filius spurius, siue vulgo conceptus IN DVBIO præsumitur illius qui consuetudinem cum matre habere solebat, quamuis alijs etiam se prostituisset mater Dec. *in cap. per tuas de probat. quem sequitur Paleotus de noth. & spur. cap. 26. sub n. 4. vers. Responderem.*

CCCXCV.

Filius familias IN DVBIO præsumitur potius esse in Patris potestate quam emancipatus *tex. est in l. si emancipati vbi Ang. C. de collat.* Cum enim emancipatio sit quid facti, non præsumitur nisi probetur *vul. l. in bello §. facta ff. de capt. Carp. ad Stat. Mediolani* 416. *num.* 20. *lib. p. post Vasch. controuers. lib.* 2. *cap.* 85. *num.* 13. *& Socin. cons.* 23. *nu.* 12. *lib.* 4. *Ascan. Clement. tr. de patria potest. cap. vlt. n.* 100. *&* 161. *& post eos Peregr. cons.* 97. *n.* 18. *lib.* 4. Contrarium tamen probat idem Ascan. Clemens de patria potest cap. 6. nu. 77. vbi distinguit inter allegantem patriam potestatem, & negantem Quia fundans se in aliquo illud probare debet.

CCCXCVI.

Sine Filijs quem decessisse IN DVBIO præsumitur. Vnde si quis dixerit contrarium probare debet *glo. in l. cum de lege ff. de probat. Ias. cons.* 34. *num. p. lib. p. & late probat Mascard. de probat. conclus.* 801. *num. p. &* 2.

CCCXCVII.

Filius qui natus est intra nouem menses à die interitus primi viri cuius vxor statim ad secunda vota transiuit IN DVBIO præsumitur filius eius. qui erat ditior, & sic quod magis erat filio fauorabili iudicandum est *Dec. in cap. per tuas de probationes vers. Quartus & vltimus, quem sequitur Mascard. de probat. conclus.* 788. *sub num.* 24. *vers. Decius vero.*

CCCXCVIII.

Filius familia acquirens IN DVBIO præsumitur acquirere ex bonis paternis *Bart. in tr. de duobus fratribus num.* 5. *Peregr. cons. nu.* 18. *lib.* 4.

CCCXCIX.

Filijs à matre derelictis IN DVBIO fauet lex contra extraneũ *Curt. Sen. cons. p. Paris. cons.* 73. *nu.* 46. *lib. p. Rimin. Iun. cons.* 339. *num.*

num. 13. *Thesaur, decis.* 184. *sub num.* 4. quos sequuti fuimus nos *in tr. de equitate cap.* 123. *num.* 27. *lib.* 2. Extraneus vero quis dicatur scribit *Bald. in l. p. num.* 2. *C. de fil. famil. minore.*

CCCC.

Filia filij instituti excludi IN DVBIO non debet à substituto *l. cum auus ff. de condit. & demonstr. l. generaliter* §. *cum autem C. de instit. & substit. ac l. cum acutissimi C. de fideicomiss. ac probat Menoch. cons.* 577. *num.* 4.

CCCCI.

Filia dotata præsumitur IN DVBIO ex paternis bonis, etiamsi habeat bona aduentitia *Io. Campeg. tr. de dote in princip. quibus Vrsil. ad Affl. decis.* 179. *num.* 2. *& tradit Carpan. ad Stat. Mediolani* 228. *num.* 23. *lib. pr.*

CCCCII.

Filia IN DVBIO non censetur exclusa à Statuto, ne patri succedat, nisi clare, expresse, & nominatim à Statuto ipso cautum sit, ita docet Bal. *in l. istam col. p. C. de collat. faciunt tradita per Menoch. cons.* 307. *num.* 2. Quia IN DVBIO cessare fideicommissum fauore filij iudicandum est vt diximus supra, & tradit Menoch. *cons.* 204. *nu.* 78.

CCCCIII.

Filij filij instituti excludi IN DVBIO non debent à substituto in successione Ascendentium *l. cum auus ff. de condit. & demonstr. l. generaliter* §. *cum autem ff. de instit. & substitut.*, & ita interpretanda esse Statuta siue testamentum docet Menoch. *cons.* 577. *num.* 4. cætera Vide in verbo legitima.

CCCCIV.

Filius illegitimus IN DVBIO non præsumitur spurius Bald. *cons.* 444. *Ver. in tertio dubio col.* 2. *lib. p. Cran. cons.* 166. *& Tobias Nonius cons.* 28. *num.* 13.

Fideiussor obligatus ad aliquam repræsentandum, si ex aliquo actu hæsitatur factam esse nouationem ob quam fideiussoris promissionem esse extinctam deducitur IN DVBIO fideiussorem non teneri, & pœnam exigi non posse dicendum est *Calepha. cons.* 87. *num.* 17. *lib.* 2. *cons. crimin. Gabriel. cons.* 181. *num.* 76. *lib. p. & cons.* 173. *nu.* 4. *&* 23. *lib.* 2. *quos sequitur Giurba cons.* 35. *num.* 29.

Fide-

CCCCV.

Fideiussor idoneus IN DVBIO quis non præsumitur *Alex. cons.* 32. *num.* 3. *lib.* 2. *Natta cons.* 113. *num.* 10. *& scribit Carpa. ad Stat. Mediol.* 87. *lit. E par.* 2. Qui auctor *in cap.* 44. *num.* 17. *& seq. & in cap.* 53. *num.* 2. *lib. p.* tradit quis dicatur idoneus fideiussor, etiamsi non sit campsor; Idoneus autem quis dicitur fideiussor, qui docet habere bona libera, & sit eiusdem fori vt probat idem Carpa. *in cap.* 111. *lit. R lib. p.* Item quando quis vti Idoneus fuit admissus, Quia non potest deinde recusari vt inquit idem Carpa. *cit. cap.* 44. *nu.* 21. *lib. pri.*

CCCCVI.

Fideiussorem dare promittens IN DVBIO intelligitur promisisse dare in Ciuitate, siue loco in quo promisit, & de habitantibus ibidem Bar. *in l. si fideiussor* §. *si necessaria vbi Castr. num.* 2. *ff. qui satisd. cog. Rol. cons.* 58. *num.* 19. *& Gratia. discept for. nu.* 2. *lib.* 2.

CCCCVII.

Fideiussio IN DVBIO interpretatur contra creditorem, qui stipulatus est *l. quidquid adstringenda ff. de verbo obligat. &* §. *stipulatio ista in* §. *stipulation. eodem tit. Angel. cons.* 67. *num.* 3. *Alcia. cons.* 5. *num.* 9. *& seq. lib.* 8. *Petrus de Vbaldis tr. de duob. fratrib. par.* 8. *num.* 4. *quos sequitur Card. Mant. de tacit. & ambig. lib.* 16. *tit.* 14. *num.* 3. *par.* 2.

CCCCVIII.

Fideiussor acceptus sicut datus IN DVBIO videtur in omnem causam quæ oriri possit *l. si quis per eo* §. *si numios ff. de fideiuss. Raud. decis. Pisana* 4. *num.* 82.

CCCCIX.

Fideiussor IN DVBIO intelligitur minus obligatus, tum quia stipulator potuit legem apertius dicere *l. quidquid adstringenda. & l. stipulatio ista* §. *in stipulat. ff. de verborum obligat.* Tum quia fideiussor alienam suscipiens obligationem ad minus censentur esse obligatus *l. fideiussor obligari ff. de fideiuss. Alcia. cons.* 5. *num.* 9. *lib.* 5. *quem sequitur Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 18. *tit.* 16. *num.* 36. *&* 40. *par. p.* Quamuis in casu de quo Mant. non procedere conclus. affirmat num. 40. post *Crau. cons.* 436. *num.* 26.

Fi-

CCCCX.

Fideiussio IN DVBIO præsumitur non delegatio Imola *in l. Valerianus circa finem, & l. delegare ff. de nouat. Alex. cons.* 159. *sub num.* 3. *lib.* 2. *quos sequitur Galin. de verborum significat. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 295.

CCCCXI.

Fideiussio IN DVBIO intel igitur de iuditio sisti tantum concepta non de iudicatum soluendo *arg. l. quid quid adstringenda ff. de verb. oblig. l. vestribus ff. de pactis, Paris. cons.* 48. *num.* 23. *lib. pri. & Menoch. cons.* 212. *num.* 17. *Card. Mant. de tacit. lib.* 16. *tit.* 10. *num.* 11.

CCCCXII.

Flumen extans in medio duorum territoriorum, IN DVBIO intelligitur esse cuiuslibet medium, idest vsque ad medietatem aluei pro parte territorij respectiue *l. arbor ff. com. diuid. Bal. in cap. ex litteris col. penul. de probat. & in l. si plures res C. de condit.* infertis, & post alios Galupus de feud. par. 5. cap. 4. num. 5. qui num. 7. tradit iurisdictio tunc mutari quemadmodum mutatur alueus fluminis.

CCCCXIII.

Forma à Statuto vel lege tradita, IN DVBIO substantialis censetur incõtractibus, & alijs actis, ac dispensationibus concessis à superioribus Bal. *in l. comparationes C. de fide instrum. late Seraphin. tr. de priuileg. iuram. priuil.* 73. *num.* 13. *Castill. de vsufr. lib. p. cap.* 54. *num.* 31. *cum seq. & post eos Ill. Regens Capyc. Galeota nouissime à me visus contr.* 19. *num.* 6. *lib.* 2.

CCCCXIV.

Forma à Statuto tradita IN DVBIO substantialis videtur, & seruanda ad euitandam nullitatem actus *Bald. in l. comparationes de fide instrumentorum quem sequitur Dec. cons.* 538. *num.* 12.

CCCCXV.

Fortunæ casus DVBIVS facit licitum quod alias est illicitum, vtpote circa contractum, qui ratione incertitudinis sustinetur, & si alias sublato fortunæ casu contineret, ænormissimam lesionem, *l. à Titio ff. de verb. obligat. vbi Castrens. & Alex. num.* 3. *ac Ias. num.* 5. *Natta cons.* 548. *num.* 16. *cum seq. vers. Octauo pro Domino,* & magis

expresse

expresse probat Dec. *cons.* 115. *nu.* 4. *vers. Nam casus dubius quem sequitur Cabal. lib.* 3. *resol. crimin. casu* 285. *num.* 6.

CCCCXVI.

Fortalitium muniendi actus, qui ad deffensionem propriã sui natura tendit non est IN DVBIO interpretandus factus ad alienam iniuriam Alex. *cons.* 194. *num.* 4. *lib.* 2. *Dec. cons.* 373. *num. p. & addicionator ad Roma cons.* 52.

CCCCXVII.

Fraus IN DVBIO non præsumitur, etiamsi quis se faciat Clericum vt fruatur beneficio Clericatus *Auth. causa quæ fit C. de Episc. & Cler. glo. p. in l. Prætor, vers. Si qui Sacerdotium ff. de vacat. muner. Alcia. cons.* 98. *num.* 9. *lib.* 5. *tom.* 2. *Carpa. ad Stat. Mediolani* 272. *num.* 3. *par. p. & Tortus ad Stat. Papiæ* 134. *num.* 5.

Limitatur tamen conclusio quando quis potest delictum commissum statim se Clericum fecit, Quia tunc fraudolenter assumpsisse habitum præsumitur ad euitandam molestiam fori Secularis ratione comissi delicti, & si faciens actum licitũ fraudẽ omnem excludat *Bart. in l. p. ff. de pænis, & seq. Alcia. cit. num.* 9. Nisi actus clam. gestus esset, Quia tunc ex eo fraus præsumitur *l.* 3. §. *fin. ff. quod vi aut clam, & tradit idem Alcia. cons.* 69. *num.* 12. *lib.* 8. *tom.* 3.

CCCCXVIII.

Fructus IN DVBIO intelligitur deductis expensis, & oneribus & ita intelligendum est dictum testis de fructibus deponentis iuxta not. *in l. fundo ff. de rei vendic. Tiraquell. de retr. Linager* §. 14. *vt* 74. *gl. pr. num. p. cum seq. plur. quem sequitur Ludouis. decis.* 273. *num.* 3. *& decis.* 277. *num.* 7.

CCCCXIX.

Ad Fructuum restitutione condemnatus, IN DVBIO censetur condemnatus ad eos fructus, ad quos de iure condemnari debebat *l. heredius ff. de euict. l. miles* §. *decem ff. de re iud. cap. dilectus de officium ordin. Bart. in l. si fundus* §. *in venditione ff. de pignor. Crau. cons.* 74. *num.* 9. *& Ludouis. decis.* 74. *num* 8.

CCCCXX.

Fructus pendentes Feudi donati cum eo IN DVBIO donati æque censentur, *l. si pendentes ff. de vsufr. l. Iulianus* §. *si fructibus*

ff. de act. empti, & l. fi. §. penult. ff. quæ in fraud. credit. Bald. in cap. p. tit. an agnatus vel fil. num. 24. de feud. Io. Vincent. de Anna Sing. 641. post hæc scripta visus.

Huic tamen conclusioni obstare videtur tex. *in l. si filius §. fi. ff. de verborum oblig.* vbi Vlpianus statuit nõ venire fructus in stipulatione, qui fuerunt tempore stipulationis; Quamuis respondit ibidem Bal. textum hunc loqui de perceptis, siue separatis à solo, non de nundũ satis *arg. l. si stipulatus ff. de vsufr.*

CCCCXXI.

Frater IN DVBIO dotasse præsumitur sororem de proprio, nisi esset illius administrator Salic. *in l. vlt. num. 3. in fi. C. de dote promissa Menoch. de arbitr. casu 88. num. 36. & 40. & tr. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 16. Ripa in l. p. num. 94. ff. sol. matrim. quos sequitur Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 504. num. 8. & lib. 4. cap. 769. num. 2.*

CCCCXXII.

Frater IN DVBIO censetur dedisse dotem Sorori animo donandi nisi sit eius administrator *Salic. in l. vlt. nu. 3. in fine C. de dote promissa, & post Menoch. de alios ibi relatos probat Gratian. cit. cap. 504. num. 8.*

CCCCXXIII.

Fratres IN DVBIO præsumũtur possidere tantum bona paterna *l. 2. vbi Bal. C. de patr. potest. Zasius cons. 5. lib. p. & Randens. lib. p. var. resol. cap. 33. num. 21.*

CCCCXXIV.

Frater dormiens cũ Sorore, ob paupertatem & defectum grabati, si ea grauida remansit alio non docto IN DVBIO non censetur grauidam fuisse redditam à fratre cum permissum sit etiam Clericis secum tenere matrem sororem, & alias fæminas, cum quibus naturale fædus non permittit aliquid seui criminis cũ illis suspicari *cap. à nobis & cap. fin. de cohabit. Cler.* vbi *omnes Canonistæ* & ita decisum fuisse in foro Ecclas. Neapol. testatur Ric. *decis. 186. num. 9. vbi plura exempla narrat in sua materia.*

CCCCXXV.

Fugam fecisse Carceratum culpa Custodis IN DVBIO præsumendnm

mendum est, vt abonde dictum fuit supra in verbo carceratus ex Farin. *quaest.* 31. *num.* 19. *&* 20. *ac sub num.* 29. *&* 31. *cum seq.*

CCCCXXVI.

Fugam fecisse Carceratum ostio aperto dimisso, vel clauibus adulterinis adhibitis IN DVBIO censetur, quando non aapparet destractura parietis, vt dictum fuit supra in verbo carceratus ex Farin. *quaest.* 31. *num.* 28. *&* 34.

CCCCXXVII.

Fugam qui fecit deliquisse IN DVBIO praesumitur, iuxta notata in Sacra Scriptura, vlz. Fugit Impius nemine per sequente, & tradit Bald. *in l. voluntatis in fi. C. de fideicom. Marsil. in pract. crim.* §. *diligenter num.* 48. *quos sequitur Bertazol. cons. crim.* 133. *nu.* 6. *Anton. de Rosell. in tr. de Tortura num.* 8. *Gail. sing. obseru.* 109. *num.* 6. *lib.* 2. *Callon. de malefic. tr.* 10. *cap. 4. num.* 23. *quos retulimus nos in tr. de aquit. cap.* 130. *num.* 78. *lib.* 2. *vbi nu.* 86. affirmauimus idem procedere in parante aufugere ex Cassonio loco relato *nu.* 22. Cum idem operetur fuga in potentia, sicut fuga in actu de qua Bal. *in l. pignoris gratia C. de pignorat. actione.*

CCCCXXVIII.

Furtum in domo factum IN DVBIO, in habitantiũ culpa factum censetur *l. cum duobus* §. *damna quae ff. pro socio, Caball. lib.* 3. *resol. crim. casu* 282. *num.* 5. Qui declarat hoc intelligi culpa leuissima iuxta *glo. in* §. *praeterea instit. quibus modis re contr. si oblig.*

CCCCXXIX.

Furtum custodis culpa IN DVBIO factum censetur Porrus in eius falciculo §. *Furtum pag.* 195. *& pag.* 204.

CCCCXXX.

Furtiua res scienter empta IN DVBIO non censetur, nisi qualitas personae vendentis, vel ipsiusmet ementis, & pretij exiguitas aliud suadeant *Doctores in l. inciuile C. de furtis, l. quod seruus ff. de petit. & l. seruus cuiusdam ff. de condit. indeb. Boer. decis.* 218. *quos sequitur Glus. tr. de pretio, & aestimat. l. pr. cap.* 6. *vers. Emptor.*

CCCCXXXI.

Furtiuam rem IN DVBIO diuidere tenetur possidens cum eo, quem dubitat esse rei dominum, si plene de eius iure non constat;

Quia tunc pro nullo stat præsumptio, & proinde omnes equales ius in ea habent vt probat *Diana lib. 4. resol. moral. tr. 3. resol. 27.* Vbi declarat hoc procedere pro conscientiæ exoneratione; subijcitquè quod comparente Domino rei furtiuæ tenetur omnino rem dimittere, etiam sine pretio, faciunt etiam tradita per eundem Diana in *resolut. 33. d. tr. 3.*

CCCCXXXII.

Furãdi animus præsumitur IN DVBIO vbi non appareat causa in contrarium *l. dolum C. de dolo, vt l. p. C. de sicarijs, Boss. tit. de furtis num. 8.*

CCCCXXXIII.

Furtum IN DVBIO non ex iniuria factum censetur, sed ex auaritia, siue ex necessitate *Corn. cons. 51. num. 3. lib. p. Polid. Ripa de indiuid. sect. 8. num. 153.*

CCCCXXXIV.

Fundus augetur, vel diminuitur IN DVBIO ex sola Domini testatoris adiectione, vel detractione, si pars addita, vel detracta, sub alterius fundi appellatione sit denominata, Nisi expresse probetur testatorem detraxisse gratia commodioris culturæ *Alex. cons. 171. Acurate perpensis num. 6. cum seq. lib. 5. quem sequitur Illust. Regens Capyc. Galeota controu. 22. num. 11. lib. p.*

CCCCXXXV.

Furiosus qui semel fuit habitus, IN DVBIO etiam talis hodie præsumitur *glo. in cap. Iudices 3. quæst. 9. & in cap. fi. de success. ab intest. vscrib. in clem. p. de homicid., quos sequitur Laurentius de Pinu cons. 61. num. 8.*

CCCCXXXVI.

Furiosi habentis delucida interualla testamentum factum præsumitur IN DVBIO tempore furoris, si furor fuit successiuus *glo. in c. fin. de success. ab intest. Curt. Iun. cons. 151. num. 7. quem sequitur Magon. decis. Florent. 97. num. 20. cum seq.*

Si vero huiusmodi furiosus testamentum fecisset prudenter disponendo, vti sanus mente disposuisset; Tunc contrarium censendum est sæpe, tempore sanę mentis *Corn. cons. 216. sub n. 15. lib. 3. Boer. decis. 23. num. 88. cum seq. & late probauimus nos in tr. de aquit. cap. 194. num. 8. cum seq. lib. 2.*

GA-

CCCCXXXVII.

GABELLAM quem non debere IN DVBIO iudicandum est *Crau. conf.* 57. *num.* 11. *Beretta conf.* 148. *num.* 9. *Simon de Prettis conf.* 170. *num.* 43. *cum seq. Bim. conf.* 37. *in fine*, Et ita sensuisse, Sen. Excellentiss. Mediolani, testatur Guidob. *Aduocat.* 44. *um.* 17. Quid quid in contrar. affirmare videatur summarium consilij *Menoch.* 1061. *nu.* 12. Vbi tamen vere concludit, rem Gabellę subiectiā esse consignandam quando dubitatur an illi obnoxia sit vel immunis.

CCCCXXXVIII.

Contra Gabellæ exactorem IN DVBIO pronunciari debet *Bar. in l. si pupillus ff. ad l. falcid. Corn. conf.* 111. *in fi. lib. p. & conf.* 231. *num. fi. lib.* 2. *Rimin. Iun. conf.* 26. *num.* 16. *Bertazol. conf.* 204. *num.* 16. *lib. p. quos sequitur Io. Vincent. de Anna singul.* 661. *in quā post hac scripta incidi, & Marta voto* 37. *num.* 17.

CCCCXXXIX.

Gabella seu decima IN DVBIO solui debet ab emptore non autem per venditorem, quando imposita est super contractibus *l. debet ff. de edil. edicto, Bald. in l. si pretium col.* 2. *C. eodem tit. Petrus Gregor. de conceß. feudi par.* 8. *quæst.* 16. *num.* 20. *de iure decima.*

Quæ conclusio non procedit in Emptore necessario, quo casu gabella debetur per venditorem vt ex Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.* 5. *gl. p. par.* 2. *num.* 21. *lib.* 2. *diximus supra in verbo Emptor.*

Gabella vero solui debet incontinenti tempore contractus, quia vbi non adijcitur dies in solutione pretij, præsenti die debetur *l. cum qui Calendis* §. *quoties ff. de verborum oblig. Pe. Gregor. cit. quæst.* 16. *tit. de iure decima num.* 27. *tr. de conceß feudi.*

CCCCXL.

Glosæ opinio ea IN DVBIO est sequenda tanquā magis recepta quæ vltimo loco est deducta *glo. in l. qui filium in fine ff. ad Trebell. Hodierna ad Surdum decis.* 90. *num.* 8.

CCCCXLI.

Gratia facta prius illi IN DVBIO censetur, cuius primo loco registrata reperitur in publico registro *Bal. in l. quibus C. de nouo Cod. faciendo, Benedictus in cap. Rainutius in quæst. de Canonicatu*

num.

num. 7. fol. 42. quos sequitur, Io. Vincent. de Anna singul. 647.

CCCCXLII.

Gratus IN DVBIO quis præsumitur, nisi probetur ingratus *l. omnimodo C. de inoff. testam. Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 18. num. 320.*

CCCCXLIII.

HABITANS Vidua in domo per virum conducta IN DVBIO iure familiaritatis habitare censetur si est tutrix filiorum, Vel eum ijs habitat vbi non sit tutrix; Secus quando ratione eius commoditatis habitat, quia tunc tenetur ad pensionem Bal. *in l. contractus C. locato, quem sequitur Caroc. tr. de locato, & cond. par. 2. tit. de matre quæst. p. num. 2. in fi. post Iaf. in §. actionum num. 166. instit. de action.*

CCCCXLIV.

Hæreditas in qua nihil est, adita IN DVBIO non præsumitur *Corn. cons. 312. num. 2. Ioseph Ludou. conclus. 16. vers. In dubio, & diximus supra in verbo additio.*

Aditionis vero actus quatuor modis fieri potest, Vel scilicet per actum acquisitiuum, Aut per actum translatiuum in alterum, vel per actum possessorium, Vel verbo, id scilicet exprimendo *l. pro hærede §. Papinianus & l. gerit ac l. cum bonis ff. de acquir. hæred. & tradit Bal. cons. 252. num. 2. lib. p.*

CCCCXLV.

Hæres patris IN DVBIO censetur filius, qui possidet paterna bona nec habuit aliam causam possidendi *l. p. C. de repud. hæred. max.* si non est protestatus se alio titulo possidere bona, vt perpendit *Bald. cons. 306. num. 2. lib. 3.* Et si enim filius IN DVBIO non præsumitur patris hæres quoad onera, & incommoda si se ab hæreditate abstinuit dicta l. p. C. de repud. hæred. Tamen quando non est protestatus, & paterna bona possidet, hæredem illum fuisse concludit *Bal. loco relato, & in tr. de feud. tit. an Agnatus num. 14. cum seq.*

CCCCXLVI.

Hæredis institutio valida IN DVBIO censetur, *scrib. in l. in exercendo C. de fide instrumentorum, & in cap. cum Ioannes eodem tit. Bertaz. cons. ciu. 102. num. 10. quos sequitur Sessa decis. 56. num. 12.*

Ad

CCCCXLVII.

Ad Hæredem IN DVBIO spectat ellectio, quando incertum est de qua re senserit Testator *l. legoto in fi. & l. si quis à filio* 32. §. *p. ff. de lega. p. Valasc. Decis.* 110. *num.* 8. *lib.* 2.

CCCCXLVIII.

Hęredis fauore IN DVBIO fit interpretatio de pertinentibus ad testamentum, siue codicillos *l. apud Iulianum* §. *Seio, & l. si ita relictum* 43. *ff. de legatis* 2. *l. nummis* 75. *de lega.* 3. *& notant Dec ac Cagnol. in l. in obscuris de reg. curis Fontanel. de pactis nuptial. clauf.* 6. *glo.* 3. *par.* 3. *num.* 43. *lib.* 2.

CCCCXLIX.

Hæredi onus per testatorem impositum IN DVBIO hæredē nō excedere præsumitur *l. seruus legatus* §. *qui margaritam de lega pr. Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 335.

CCCCL.

Hæres IN DVBIO præsumitur eius conditionem meliorare ex titulo lucratiuo hæreditatis, *Maurit. tr. de restit. in integrum cap.* 127. *sub num.* 7. *vers. Te ergo fateri fol. mihi* 155.

CCCCLI.

Hæres ignorare IN DVBIO censetur sibi deberi falcidiam ex legato, quando illud soluit *l. qui in alterius ff. de reg. iur. & probat Monticelus tr. de inuent. diuers. quæst.* 235. *num.* 188. *pag.* 292.

CCCCLII.

Hæres personæ Ęcclesiasticæ IN DVBIO cauere debet de hæreditate restituenda Ecclesiæ, ea ratione quia acquisita per Episcopum, censetur acquisita intuitu Ecclesiæ *Io. Andr. in cap.* 3. *de pecul. Cler. vbi Card. num.* 2. *& Abb. num.* 3. *Rota decis.* 705. *num.* 2. *par. p. in nouiss.*

CCCCLIII.

Hæres IN DVBIO censetur minus grauatus l. cum quidam ita ff. de verborum obligat., *l. si quis testamento* §. 2. *vbi Ias. ff. de lega. p. & ample probat Gratian. lib. p. discept. forens. cap.* 70. *num.* 2. vbi plures in eam refert. sententiam; idem *probat Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit. p. num.* 27. *& lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 28.

Hære-

CCCCLIV.

Hæreditarium dicitur IN DVBIO illud quod fuit emptum ex pecunia hæreditaria, si ex temporis breuitate facta fuit emptio ab hærede *l. item veniunt ff. de petit. hared. Peregr. decis. 2. num. 7. & late probat Giurba decis. 111. num. 20. cum seq. ac diximus supra in verbo emptum.*

CCCCLV.

Hæres præsumitur IN DVBIO descripsisse omnia in inuentario, Quia præsumitur nulla alia bona adesse, quam ea, quæ in eo descripta *sunt glo. in l. cum de lege ff. de probat. Natta cons. 228. num. 2. cum alijs adductis per Rota decis. 607. num. p. par. pr. in recentior. quos sequitur Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 720. nu. 6. cum seq.* Vbi subijcit quod licet appareat adfuisse alias in hæreditate alia bona, non idcirco sequitur quod adfuerit etiam tempore mortis, cum hoc probari debeat, esse quod maior præsumptio stat pro hærede vt tollatur præsumptio præteriti *l. sic non §. licentia & ibi Bar. C. de iure delib. Paris. cons. 45. num. 20. lib. 2. & idem Gratian. cap. 570. num. 19. par. 3.*

CCCCLVI.

Hæredes IN DVBIO succedere in iure patronatus dicendum est, cum stipulando aliquis pro se, intelligatur etiam pro eius hæredibus, quamuis de illis nulla facta fuerit mentio, *l. secundum responsa. C. de contrah. stipul. l. si hæredes ff. de probat. Rota Iann. decis. 3. Monald. cons. 50. & latè probat Ricc. in praxi iuris patron. decis. 211. num. 272. pag. 215.*

CCCCLVII.

Hæredis assertioni circa valorem bonorum hæreditariorum IN DVBIO standum est *gl. in l. cum de lege 17. ff. de probat. Lofred. cons. 32. num. 11. vers. Quinimò, Pacian. de probat. lib. pr. cap. 46. nu. 33. & 34. quos sequitur Illust. Regens Capyc. Galeota contr. 59. num. 39. lib. pr.*

CCCCLVIII.

Hæres IN DVBIO potius censetur possidens, quam ocupator & malefidei possessor, & sic hereditatem adiuisse præsumitur ad euitandum nomen male fidei possessoris *l. si filius C. de petit. hared. Bar. cons.*

conſ. 129. *num. p. Bal. in l. non hoc col. p. in fine C. vnde legit. vbi Salic.*, *Iaſ. conſ.* 3. *verſ. Primum ergo lib. p. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 101. *num.* 28. *& Maſcard. de probat. concluſ.* 45. *num. pri. cum ſequen.*

CCCCLIX.

Hæres IN DVBIO non dicitur accõmodare tacitam fidem legatis factis in teſtamento contra Statutum, ſiue conſuetudinem Bal. *conſ.* 140. *num. p. in fi. lib.* 2. *Alex. conſ.* 51. *in fi. lib.* 2. *quos ſequitur Gallia ad conſuetud. Alex. verbo non poſſe quæſt.* 2. *num.* 17. *Corn. conſ.* 236. *num.* 5. *lib.* 2.

CCCCLX.

Hæres IN DVBIO conuenitur ex verbis teſtatoris ad neminem grauatum directis *tex. in l. acceptis in fi. & ibi ſcrib. ff. ad legem falcid. l. Titius de lega* 3. *Mar. Anguiſ. conſ.* 57. *num.* 4.

CCCCLXI.

Hæreditatis ſola aditio IN DVBIO non dicitur afferre leſionem minori quam probare idcirco tenetur; Id quod etiam procederet in repudiatione facta per minorem vt ſcribit Maurit. *tr. de reſtitut. in integrum cap.* 127. *num.* 7. Quamuis facilius arguatur læſio ex repudiatione, quam ex aditione hæreditatis, cum aditio ſic titulus lucratiuus, repudiatio vero actus per ſe damnoſus vt inquit Mauritius *loco relato num.* 8.

CCCCLXII.

Hæreditatis aditio non inducitur ex actu DVBIO, videlicet per habitationem in domo defuncti, per exactionem penſionis, & aliarum pecuniarum *l. pro hærede ff. de acquir. hæred. Ludouiſ. deciſ.* 165. *per totum poſt Aretium conſ.* 23. *num.* 11. *verſ. Secundo ratio eſt.*

CCCCLXIII.

Hæreditas IN DVBIO adita præſumitur, vbi lapſum eſt longũ tempus *l. ſi filius C. de petit. hæred. Gabriel. com. opin. lib. p. tit. de præſumpt. concl. p. num.* 43. *Dec. conſ.* 442. *num.* 15. Præſertim quando quis reperitur in poſſeſſione bonorum hæreditariorum *ſcrib. in d. l. ſi filius quos ſequitur Illuſtriſs. Regens Capyc. Galeota nouiſſ. viſus controu.* 58. *num.* 5. *cum ſeq. lib. p.*

Contra per Martam *voto* 20. *nu.* 13. vbi opulentam etiam hæ-

reditatem IN DVBIO aditam non censeri concludit.

CCCCLXIV.

Hęredis gratia prorogationis tempus ad soluendum datum præsumitur per Testatorem IN DVBIO *l. cum qui ff. de annuis lega. vbi glo. & scrib. Sen. Bello. tr. de his quæ incont. fiunt cap. 69. in fine.*

CCCLXV.

Hæres scienter restituens integrā hæreditatem sine detractione quartæ IN DVBIO præsumitur voluisse exercere liberalitatem *Ias. in l. expilatio §. deniquè num. 11. ff. ad Trebell. fol.* 181.

CCCCLXVI

Hospitale IN DVBIO laicale potius, quam Ecclesiasticum præsumitur *glo. in Clem. per litteras verbo Ecclesias, vers. Quid in dubio,* & ibi *Imola num.* 10. *vers. Si vero non apparent, Gonzal. ad Reg. Cancell. glo.* 5. §. 4. *num.* 24. *& post multos per eū allegatos Guidobonus aduocat.* 107. *in fine vers. In dubio.*

CCCCLXVII.

Hospitale IN DVBIO non dicitur locus pius, licet in eo pium opus exerceatur præsertim si per laicos regatur *Bal. cons.* 90. *Gabriel. cons.* 193. *num.* 2. *lib. p. Caualc. decis.* 17. *nu.* 70. *par.* 2. *Roman. cons.* 477. *num.* 13. *quos sequitur Ric. decis.* 40. *num.* 3.

CCCCLXVIII.

Homicidium præsumitur IN DVBIO dolosè comissum, nisi tales circonstantiæ resultarent, vel legitime probarentur, quæ mouerent Iudicis mentem in alterā partem *Corne cons.* 274. *sub nu.* 2. *vers. debet tamen esse regulatum lib. p. Gomez. in §. homicidium cap.* 3. *n.* 17.

CCCCLXIX.

Homicidium siue vulnus casualiter, potius quam præmeditate IN DVBIO comissum fuisse præsumitur *Felin. in cap. sicut dignum num.* 6. *de homicidio Pe. Antonius Anguissola cons.* 10. *num.* 3. *l. pri.* Nisi homicida esset aggressor, & insultasset cum armis ad occidendum aptis; Quia tunc animo occidendi insultasse præsumitur *Dec. in l. fauorabiliores nu.* 6. *ff. de reg. iur. Paris. cons.* 148. *num.* 3. *lib.* 4. *quos sequitur Farin. quæst.* 96. *sub num.* 21. *vers. Et ita etiam credo, post Carer. in eius pract. crim. in* 3. *tract. de homicid. & assass. §. quarto quæro num.* 8. *in fi. vers. Aut vnicum.*

Homici-

CCCCLXX.

Homicidium IN DVBIO culposum potius, quam dolosum esse præsumitur vt post *Albã cons. 56. in fine lib. p. probat Canacius tr. de homicid. tit. de homicid. & aliis criminibus excusandis nu. 85. registr. post Carpan. ad Nou. Constit. Mediol. tit. de pœnis fol. mihi* 250.

CCCCLXXI.

Hora expressa in instrnmento, nihil operari IN DVBIO videtur, Quia cum non soleat describi hora in instrumentis *cap. duobus de rescript. & in cap. si à sede de prabend. in 6.* Qui eam exprimit, redditur suspectus ob nimiam diligentiam *glo. in l. si quis sub conditione ff. de condit. inst.* idcirco nullum fundamentum in horæ expressione fieri debet.

Præterea si hora vltima diei fuerit expressa, verisimile est quod aliud instrumentum sine horæ expressione factum eadem die, prius factum fuerit, & consequenter sit anterius, cum quod verisimilius est sequi debeamus *l. semper de reg. iur. & l. non est verisimile ff. quod metus causa.*

Distinguendo tamen Dec. in cap. pastoralis num. 19. vers. Et ad hoc facit de rescriptis, concludit quod aut ille qui habet instrumentum factum eodem die sine expressione hore, possidet, & tunc non debet priuari sua possessione, Quia licet alius probet horam certam, non idcirco sequitur quod sit prior, ergo melior est conditio possidentis *dicto cap. si à sede, de prabendis*, aut neuter possidet, & tunc is præferri debet, qui habet certam horã, cuius probatio circa tẽpus dicitur magis certa; Hanc sententiam comprobat Card. Mant. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. sub num. 13. par. p.*

CCCCLXXII.

IACTATIO IN DVBIO non præsumitur *l. cum de indebito ff. de probat. Surd. cons. 7. num. 44. Menoch. præsumpt. 27. nu. 9. lib. 5. quos sequitur Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 967. nu. 26.*

CCCCLXXIII.

Idoneus IN DVBIO quis præsumitur, nisi contrarium probetur *cap. dudum de præsumpt. & ibi Felin. Alcia. de præsumpt. reg. 3. cap. item, quẽ sequitur Illust. Regens Capyc. Galeota contrau. 27. n. 25. lib. p.*

Quam conclusionem tamen declarat idem auctor *in contrau.* 32.

num. 31. videlicet eam procedere quoad mores,& animi dotes; Secus quoad facultates,& alia extrinseca per *l. si vero* §. *qui pro rei qualitate ff. qui satisd. cog. Alcia. de præsumpt. reg.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *Mascard. de probat. conclus.* 878. *nu.* 4. *& conclus.* 526. *ac conclus.* 737.

Huic declarationi obstare videtur, quod regulariter præsumitur quis soluendo idoneus *l. si defunctus, & l. si creditores ff. de separat. Roma. conf.* 163. *post num.* 4. *Natta conf.* 358. *num.* 2. *Menoch. lib.* 6. *præsumptione* 25. *nu.* 9. *&* 12. *& præsumpt.* 28. *num.* 8. *quos sequitur d. D. Regens Capyc. Galeota citata controu.* 32. *num.* 33. vbi concludit vtramq; qualitatem idoneitatis, vel non requiri probationem ab eam allegante ex *Natta conf.* 358. *num.* 8.

CCCCLXXIV.

Identitas bonorum IN DVBIO non præsumitur, nisi probetur Io. Andr. & cæteri *in cap. auditis de præscript. Ruin. conf.* 141. *num.* 4. *lib.* 5. *Rol. conf.* 46. *num.* 28. *lib.* 3. *quos sequitur Rimin. Iun. conf.* 619. *num.* 81. *cum. seq.*

CCCCLXXV.

Ignorantia IN DVBIO potius præsumitur, vt dolus, & falsitas euitentur *l. verius ff. de probat. Bart. in l. quoties* §. *p. ff. de hæred. instituт. gramat. conf.* 23. *num.* 4. *decis. conf.* 452. *sub num.* 26. *Afin. inter conf. crim. diuers. conf.* 113. *nu.* 9. *lib.* 2. *Caroc. decis.* 5. *nu.* 12.

Limitatur tamen, quando esset in iure, cum IN DVBIO iuris ea minime præsumatur *Alex. in l.* 2. §. *seruus ff. de orig. iur. & l. regula* §. *sed iuris ignorantia ff. de iuris & facti ignor. quem sequitur Lancel. Galiauola in repet. l. p.* §. *si quis ita sub num.* 29. *ff. de verb. oblig. & late distinguendo probat Cepol. in conf.* 21. *num.* 30. *Lupus de illegit. coment.* 4. §. *si. num.* 29. *in fi. vers. Laborant.*

CCCCLXXVI.

Ignorantia matris quod esset vxoratus ille cum quo concubuit IN DVBIO facit sobolem naturalem, non autem spuriam, quæ idcirco per subsequens matrimonium legitimatur *Cassad. decis. vnica num. p. &* 7. *tit. de sponsal. & matrim Gemin. conf.* 66. *num.* 5. *Curt. Iun. conf.* 27. *num.* 8. *& late probat Lupus de illegit. coment.* 4. *p. p. num.* 23.

Igno-

CCCCLXXVII.

Ignorantia in herede IN DVBIO presumitur presertim ante aditam hereditatem *Bart. & cateri in l. qui Roma. §. duo fratres ff. de verb. oblig.*

CCCCLXXVIII.

Ignorantia banni, vel comissi delicti IN DVBIO præsumitur *Angel. de malefic. in addic. incip. tunc autem in hac nostra.*

CCCCLXXIX.

Ignorantia presertim in muliere IN DVBIO præsumitur Menoch. *de arbitr. casu* 87. *num.* 17. *& Bimius cons.* 343. *num.* 23.

CCCCLXXX.

Ignorantia actus gesti ipso absente IN DVBIO presumitur *tex. in l. verius ff. de probationib. late Dec. cons.* 452. *num.* 26.

CCCCLXXXI.

Ignorantia valoris rei vendite IN DVBIO presumitur, stãte læsione enormissima *gl. & Bar. ac cateri in l. quisquis C. de rescind. vēdit. Dec. cons.* 583. *Socin. Iun. cons.* 73. *col.* 4. *lib.* 2. *quos sequitur Alex. Trentacinquius lib.* 3. *var. resol. tit. de empt. & vendit. resol.* 3. *sub num.* 9. *vers. Nota quod in dubio.*

CCCCLXXXII.

Ignorantia viri quod mulier haberet primũ maritum IN DVBIO præsumitur *l. verius ff. de probation. Curt. Iun. cons.* 52. *num.* 14.

CCCCLXXXIII.

Illicitum actum faciens si est contra ius naturale dicitur semper dolosè agere *glo. in l. fin. licet ff. de publ. ea glo. fin. in l. error ff. de iuris, & facti ignor.* Si vero contra ius ciuile si certum non est quod errauit, excusatur Aut dubitatur, & tũnc IN DVBIO præsumitur dolosè egisse, non autem errasse, nisi contrarium probetur *Angel. in l. plagij C. ad l. flauiam de plagiar. post Butr. in l. p. C. ad l. Cornel. de Sicar. Capol. cons.* 21. *num.* 31. *vers. Aut dubitatur.*

CCCCLXXXIV.

Illegitima proles IN DVBIO naturalis, non spuria præsumitur *Surd. cons.* 177. *num.* 6. *vers. Quod si predicta lib.* 2. *Fachin. lib.* 3. *controu. iuris cap.* 63. *Rota Romana decis.* 808. *num.* 4. *vers. Non obstat par. pr. in nouiss. & Polid. Ripa singul. obseru.* 390. vbi distinguit

guit circa traditionem Menochij contrarium determinantis *in præsumpt.* 54. *num.* 7. *lib.* 6.

CCCCLXXXV.

Illegitimus quis IN DVBIO non est censendus, *Maldero in par.* 2. *Diui Thomæ quæst.* 19. *art.* 5. *disput.* 87. *Diana lib.* 4. *resol. moral. tr.* 3. *cap.* 6. vbi ex eodem Maldero loco citato, & alijs ibi allegatis tradit quod infans expositus de cuius parentibus DVBIVM est, habendus est pro legitimo. Vide supra in verbo Filius.

CCCCLXXXVI.

Illegitimus filius IN DVBIO quis præsumitur nisi se legitimũ ostendat *Baldus conf.* 448. *quaritur in primis lib. pr. Paris. conf.* 80. *num.* 51. *&* 52. *lib.* 2. *Cranet. conf.* 138. *num. p. & conf.* 166. *num.* 2. *quos sequitur Menoch. conf.* 718. *num. p.*

CCCCLXXXVII.

Ille relatiuum IN DVBIO facit specialem relationem *Bal. in l. fin. l. de Impub. col.* 2. *vers. secundo opponitur, & late tradit Hieronymus Detus in repet. l.* 4. §. *Cato num.* 26. *ff. de verb. oblig.*

CCCCLXXXVIII.

Impensæ feudales IN DVBIO ab ipso vasallo, vel antecessoribus factæ præsumũtur *Negusant de pignor.* 3. *membro par. princip.* 7. *num.* 17. *post Bart. in l. cum seruus num.* 4. *ff. de verb. oblig. præsent. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 44. *&* 46.

CCCCLXXXIX.

Immunem se esse dicentem à gabella IN DVBIO talem esse pronuntiari debet. Vide supra verbo Gabella.

CCCCXC.

Immunitas IN DVBIO personalis est pronuncianda, non realis *l. semper* §. *immunitati ff. de iure immun. l. forma* §. *quamquam ff. de censibus Alex. conf.* 101. *col. fin. lib.* 2. *Ias. conf.* 89. *col.* 2. *lib.* 3. *Menoch. conf.* 70. *in princip. & ample in conf.* 276. *in secundo dubio Surd. conf.* 525. *num.* 2.

CCCCXCI.

In Immunitatis priuilegio, excepta IN DVBIO videtur belli causa *Alex. & cæteri in l. si ex toto ff. de lega. pr. hanc sententiam comprobat Cepol. cautella* 30. *Curt. Iun. conf.* 61. *col.* 2. *& post est Bimius conf.*

conf. 402. *num.* 69. *& Rol. conf.* 5. *num.* 26. *lib. p.*

CCCCXCII.

Immunitatis duodecim filiorum fauore IN DVBIO est iudicandnm *l immunitas ff. de iure immunit. Calcan. conf.* 100. *col.* 3. *in causa illorum Gratus conf.* 61. *num.* 55. *lib. p. quos sequitur Osasc. decis.* 95. *num.* 18. vbi contrariam sententiam tenentes etiam adducit, de qua materia amplissime egimus nos *in tr. de aequit. cap.* 128. *num.* 2. *& num.* 59. *cum plur. seq. lib.* 2.

CCCCXCIII.

Immunitatem obtinentis ratione duodecim filiorum, declarationi statur IN DVBIO, ad quem finem tot filios suscepit *glo. in* §. *alia instit. de act. Surdus conf.* 14. *num.* 2. *& nos in d. cap.* 128. *nu.* 210.

CCCCXCIV.

Immunitas IN DVBIO concessa praesumitur etiam pro bonis acquirendis *l. peculium ff. de lega.* 2. *Bar. conf.* 59. *Communitas Spoleti num.* 4. *lib. p. Alex. conf.* 178. *num.* 17. *lib.* 2. *Ias. in l. qui filiabus in* 4. *notab. ff. de lega. pr. Osasc. decis.* 136. *num. p.* vbi ample materiam examinat.

CCCCXCV.

Immunitas etiam ratione duodecim liberorum IN DVBIO cōcessa intelligitur pro oneribus extraordinarium tantum non pro ordinarijs *l. si cum in honeribus* §. *qui muneris ff. de vocat. mun. l. pr. C. de vacat. publ. immun. lib.* 16. *vbi glos. & Bart. ac firmat Menoch. conf.* 297. *nam.* 7.

CCCCXCVI.

Imfamiae appellatione IN DVBIO venit tantum infamia iuris quae est vera infamia, non infamia facti, quae dicitur impropria, & in hominum opinione consistit vt probat Sesa *decis.* 193. *num.* 31. *Marius Salamon. in repet. l. omnes populi num.* 209. *& seq. ff. de iust. & iure quos sequti fuimus nos in tr. de aequitate cap.* 118. *nu.* 15. *lib.* 2.

CCCCXCVII.

Innocentiae IN DVBIO fauendum est Marius Salomon. *in repet. l. Gallus num.* 62. *ff. de liber. & posth.*

CCCCXCVIII.

Insultatus is IN DVBIO praesumitur, qui homicidium commissit

missit vt ab eo excusetur *Corn. cons. 274. sub num. p. vers. Et ex prædictis lib. pr. post Bar. & Bal. in l. p. C. unde vi col. 7. in repetit.*

CCCCXCIX.

Interpretatio IN DVBIO fit contra eum, qui verbis instrumenti siue scripturæ initur *l. veteribus ff. de pactis l. quidquid adstringenda ff. de verb. oblig. Ias. in l. si quis id quod num. 23. ff. de iurisd. omn. Iud. Gabriel. cons. 69. num. 17. lib. 2.* Et sic contra eum, ad cuius cōmodum verba principaliter fuerunt prolata, vt probat Illustris. Regens Capyc. Galeota *responso Fiscali 18. num. 29.*

CCCCC.

Interpretatio IN DVBIO fit contra stipulatorem, & sic contra recipientem emphiteusim ab Ecclesia, cuius fauore IN DVBIO pronunciari debere diximus supra in verbo Ecclesia, *Menoch. cons. 883. num. 6.* Contrarium tamen prabat idem Menoch. *cons. 1066. num. 13. cum sequ.* Ea ratione quod Prælatus qui inuestiuit emphiteutam potuit clarius loqui, & sic locum habere dicitur conclusio in præcedenti singulari confirmata.

CCCCCI.

Interpratatio fit IN DVBIO, vt actus falsitatem excludat *Coler. inter consil. crim. diuersorum cons. 78. num. p. & Merenda inter eadem consil. criminal. cons. 91. num. 8. lib. 2.*

CCCCCII.

Interpretatio IN DVBIO, fieri debet contra probantem, etiā in materia fauorabili *l. veteribus ff. de pactis & l. si in emptione ff. de contrah. empt. Alex. cons. 152. lib. pr. Ias. cons. 39. lib. p. Dec. cons. 321. & cons. 531. num. 3. quos sequitur Caualch. decis. 22. num. 44. cum seq. lib. 5.*

CCCCCIII.

Interpretatio IN DVBIO fieri debet, vt pæna locum non habeat *l. si præses & l. interpretatione ff. de pænis, quam sententiam amplexi sunt Alex. cons. 51. lib. 4. & Dec. cons. 452. & cons. 531. & cons. 667.*

CCCCCIV.

Interpretatio IN DVBIO sumitur ex potentiori verborum significatione *l. p. §. qui in perpetuum ff. si ager vectig. vel emphi. per*

ac

ac post multos per eum relatos tradit Menoch. conf. 332. *nu.* 7. *vbi conclusionē procedere etiam in odiosis tradit per cap.p.de sent. ex commun.*

CCCCCV.

Interpretatio IN DVBIO sumenda est, quæ magis fauet matri præsertim in testamentis *l. qui duos* §. *p ff. de rebus dubijs, & l. vlt.C. de instit. & substit. Menoch. conf.* 144. *num.* 7.

CCCCCVI.

Interpretatio IN DVBIO sumitur ob quam auus sustineatur *l. quoties ff. de rebus dubijs Menoch. cons.* 167. *num.* 4. *& cons.* 170. *num.* 17.

CCCCCVII.

Interpretatio IN DVBIO est fienda pro eo, qui liberauit, & sic contra illum, qui obtinuit liberationem, vt minus renunciasse censeatur is qui liberauit *glo. in d. l. veteribus vbi Alberi col.p. ff. de pactis Gabriel. cons.* 60. *num.* 6. *lib.p. Decian. cons.* 52. *num.* 23. *lib. p. Natta cons.* 540. *num.* 10. *Bec. cons.* 101. *num.* 91. *Surd. cons.* 431. *num.* 33. *cum seq. Cephal. cons.* 605. *num.* 5. *lib.* 4. *quos sequitur Gratian. lib.* 5. *discept. forens. cap.* 966. *num.* 28.

CCCCCVIII.

Interpretatio IN DVBIO fit contra præscriptionem, siue præscribentem cum id æquitati conueniat *l. denique & l. nec vtilem ff. ex quibus causis maior. & late probat Crau. cons.* 201. *num.* 37. *lib.* 2.

CCCCCIX.

Interpretatio IN DVBIO fieri debet contra exigentes, gabellas *Bar. in l. si pauper ff. ad l. falcid. Corn. cons.* 199. *col.* 4. *lib. p. cons.* 194. *col.* 2. *lib.* 4. *Crau. cons.* 111. *in fi. lib. p. & cons.* 231. *in fi. lib.* 2. *ac Rimin. Iun. cons.* 26. *num.* 16. *lib. p.*

CCCCCX.

In habitare iure familiaritatis IN DVBIO potius, quam iure dominij quis præsumitur *l. qui iure familiaritatis, & ibi Bart. ff. de acquir. possess. Dec. cons.* 400. *num.* 4. *quos sequitur Menoch. de arbitr. casu* 160. *num.* 14. *& seq.*

CCCCCXI.

Iniuria facta Officiali IN DVBIO facta potius præsumitur ex odio particulari, quam ex causa officij, vt post Amatum *decis. Fe-*

varienſi 36. num. 10. cum ſeq. probat præſtantiſs. D. Butizella Iunior publ. interpres in Academia Ticinenſi in cap. p. ſub num. 28. de auct. Iud. Deleg.

CCCCCXII.

Inſtrumentum IN DVBIO loqui præſumitur de eo, qui illud produxit, licet ſint plures eiuſdem nominis, *Bal. in l. ſi qua per calumniam C. de Epiſcopis, & Cler. Cepol. conſ. 112. num. 11.*

CCCCCXIII.

Pro Inſtrumento IN DVBIO eſt pronuntiandum *l. cum res, & l. cum precibus C. de probation. tex. in cap. 2. de fide inſtrumentorum Alba conſ. 93. num. p.* Niſi contra illud adſit manifeſta veritas, puta ſi teſtes inſtrumentarij contrarium deponerent *Socin. Iun. conſ. 189. num. 62. lib. 2.*

CCCCCXIV.

Inſtrumentum IN DVBIO minime præſumitur falſum glo. in cap. accedens de crim. falſi, *cap. in præſentia de renuntiat. Rol. conſ. 38. num. 32. lib. p. Decian. conſ. 100. num. p. lib. 2. Laurent. deciſ. Auenon. 91. quos ſequitur Farin. conſ. 88. num. 18. & 20.*

CCCCCXV.

Inſtrumento IN DVBIO ſtandum eſt, ſi probationes contra illud, & pro illo ſunt pares, ſecus vbi maiores contra illud vrgeant *Gramat. deciſ. 18. num. 19. Cyriacus controuerſ. 407. num. 261. cum ſeq. lib. 3.*

Idem dicendum eſt ſi in inſtrumento enuncietur aliquos eſſe pares in cauſa feudali *glo. in l. p. C. de fide inſtrumentorum & iu. haſ. Fiſc. lib. 10. Bal. in l. non aliter ff. de adopt. & in l. 2. ff. ſi ex noxali cauſa, in l. inſcurandi C. de teſtibus, & in cap. p. verſ. Si inſtrumentum de no. Feud. quos ſequitur Anna ſingul. 612. poſt hac ſcripta viſus.*

CCCCCXVI.

Inſtrumentum IN DVBIO verum præſumitur *l. quamuis C. ſi quis alteri, vel ſibi vbi Bal. & in l. precibus C. de probat. Cephal. conſ. 261. num. 5. & docet Maſcard. de probat. concluſ. 906. num. 5.*

CCCCCXVII.

Inſtrumenti originali potius IN DVBIO, quam copiæ extractæ ſtandum eſt *cap. quoniã contra extr. de probat. Scap. tr. de iure non ſcripto lib. 4. cap. 6. num. 6.*

Interdici

CCCCCXVIII.

Interdici potius IN DVBIO debet administratio Tutoris,quam dari ei adiunctus quando suspectus quodammodo videtur, Gratus *cons.* 44. *num.* 15. *lib. pr. quem sequitur Gratian. lib.* 3. *discept. forens. cap.* 523. *num.* 35.

Industria vide infra in verbo Opera.

Inhibitio vide infra in verbo Protestatio.

CCCCCXIX.

Incendium prouenisse culpa in habitantium IN DVBIO dicendum est *l.* 3. §. *p. ff. de officio Praefecti vigil. tex. in l. si vendita ff. de peric. & commod. rei vendita, Alex. cons.* 50. *lib. p. Affl. decis.* 57. *in princip. Gram. decis.* 3. *& late Ioseph Ludou. decis. Perus.* 25. *col.* 5. *num.* 14. *par. pr. & Masc. de probat. conclus.* 996. *num.* 2.

CCCCCXX.

Interrogationes omnes IN DVBIO admittendae sunt, cum tutius sit friuolas admittere interrogationes, quam vnam necessariam negare, *Dec. cons.* 86. *cons.* 162. *num.* 35. *cons.* 500. *num.* 13. *& cons.* 517. *num.* 2. faciunt scripta supra in verbo articuli, & in verbo capitula, *Carpa. ad Stat. Mediolani* 208. *num* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Anna singul.* 622. *& ibi addicitur.*

CCCCCXXI.

Interrogatus an sit haeres insolidum, qui simpliciter respondit IN DVBIO dicitur haeres insolidum, ita notatur *in l. si defensor* §. *qui interrogatus ff. de acquir. hered. Carpa. ad Stat. Mediolani* 75. *num.* 4. *lib. pr.*

CCCCCXXII.

Infeudatio IN DVBIO non censetur continere Supremum Dominium nisi expresse fuerit hoc specificatum *Rosental de feud. cap.* 5. *conclus.* 5. *nu.* 18. *&* 20. *par. pr.* Vide infra in verbo Iurisdictio.

CCCCCXXIII.

Infans IN DVBIO praesumitur primo loco decessisse, quando ipse & mater eodem naufragio parierunt *l. si mulier ff. de rebus dubijs & l. inter socerum ff. de pactis dotal. vbi Bart. num.* 11. *Galin. de verb. signif. cap.* 18. *num.* 373. *lib.* 5.

CCCCCXXIV.

puberem aut maiorem IN DVBIO censendum est *l. qui duos §. si. & l. cum pubere & l. si mater ff. de rebus dubijs, Bal. in cons.* 155. *lib.* 4. Hebrei vero ratione huius DVBII diuidunt hæreditatem prætédentes vigore eorum ritus equaliter; vt semel fuit decisum, dum præturam Vercellarum nomine Suæ Reg. Cath. Maest. exercebam.

DCLXXVI.

Monachus vulneratus, IN DVBIO intuitu Monasterij vulneratus dicitur, & sic Abbatis remissio, & eius filiorum si legitimos habebat ante monachatum requiritur Clarus *in eius pract. quæst.* 58. *vers. vlterius quæro num.* 24. *in fine*.

DCLXXVII.

Moræ purgationi fauendum est itaut IN DVBIO ea sequẽda sit opinio quæ ipsi purgationi fauet, Ripa *in l. insulam vers. Quid tenendum ff. de verbo oblig. Osasc. decis.* 71. *num.* 68. *post Imolam in l. si seruo §. sequitur ff. de verb. oblig.*

DCLXXVIII.

Morosi in odium res quæ perijt IN DVBIO (idest quando dubium est an illa esset eodem modo peritura) præsumitur tantum culpa morosi perijsse, Castrens. *in l. cũ res §. fin. ff. de lega. pri. Fulgos. in l. quod te num.* 5. *ff. si certum petatur Lanar. cons.* 20. *sub num.* 18. *vers. Præterea*.

DCLXXIX.

Modalis potius IN DVBIO, quam conditionalis dicitur dispositio Paris. *cons.* 19. *num.* 253. *lib.* 2.

DCLXXX.

Modum, non conditionem IN DVBIO importare verba dicendum est *Bar. & cæteri in l. cum mota C. de transact. Alex. in cons.* 262. *num.* 6. *lib.* 3.

DCLXXXI.

Mulier nupta IN DVBIO censetur, si annulum, annulum fert digito *cap. nostrates* 30. *quæst.* 5. *Lucas de pæna in l. princeps vers. Octauo C. de princ. agen. in rebus lib.* 12. *Galin. de verbo signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 429.

DCLXXXII.

Mulier renuncians Velleiano Senatusconsulto IN DVBIO certiorata

tiorata non præsumitur *Abb. in cap. si diligenti num. 9. de foro compet. Aretin. in §. item si col. 14. vers. circa hoc quaeritur instit. de except. dicens ita tenere glos. & Doct. in l. fi. §. fin. ff. ad Senatusconf. Vell. & ibi Castrens. num. 5. Ias. in l. sciendum num. 31. ff de verbo oblig. Thesaur. decis. 222. num. 5. & Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 82. num. 7.*

DCLXXXIII.

Mulier abducta persuasionibus IN DVBIO reducta & persuasa dicitur nō volens *Menoch. de arbitr. casu 3. q. 8. n. 20. & 21. post Boss. tit. de raptu mul. nu. 7.*, Nisi contrarijs præsumptionibus aliter induceretur vtpotè si mulier sponte sua abductionem permisisse fateretur, & hæc confessio coadiuuata esset aliqua coniectura, vt inquit Menoch. *ibidem n. 22. post Decian. tr. criminali lib. 8. cap. 7. n. 21. cum seq.*

DCLXXXIV.

Mulieris fauore contra masculum IN DVBIO iudicari debet Alcia. *cons. 10. num. 11. lib. 3. quem sequitur Raudens. cons. 56. num. 10. lib. p.*

DCLXXXV.

Mulier IN DVBIO cerciorata non censetur de dispositione Velleiani, cum certioratio sit facti *Abb. in cap. 51. diligenti de foro compet. num. 9. Doct. in l. fi. §. fin. ff. ad Velleianum & probat Thesaur. decis. 222. num. 5.*

DCLXXXVI.

Mulierem alimenta aliunde non habere IN DVBIO est censendum vt interesse dotis sibi non solutæ consequatur, & ita censuisse Senatum Pedemontanum testatur Thesaur. *decis. 43. num. 5. quem sequitur Alex. Trentacinque lib. 3. var. resol. tit. de iure dotium resolut. 6. num. 4. in fine.*

Murus vide infra in verbo Paries.

DCLXXXVII.

Mutatio prioris testamenti IN DVBIO est præsumenda, vbi duo testamenta reperiuntur, & sic secundum validum censentur *Bal. in l. omnes C. de præscript. 30. annorum, Bursa. cons. 47. num. 22. cum seq. lib. p. Ceual. quæstion. 211. num. 4. Commun. contra Commun.* Et dicitur fauorabilis, testamenti reuocatio vt inquit Gratian. *lib. p. discept.*

scept. for. cap. 48. *num.* 23.

Quamuis IN DVBIO pro non mutatione concludendum esse probat idem Gratian. num. 24. atquè id ipsum tradit *in cap.* 104. *num.* 24. Cum enim mutatio sit quid facti minime præsumitur vt explicabitur infra in verbo testamentum.

DCLXXXVIII.

Mutatio confinium IN DVBIO non præsumitur; Namquè vt olim fuere termini, ita etiam nunc esse præsumuntur vt inquit *Papin. in l. fi. ff. fin. regred. & ibi Bal. & Floria. quam sententiam probat. Felin. in cap. cum causam num.* 12. *de probat. & ibi Bal. num.* 3. *quos sequitur Mascard. de probat. conclus.* 393. *nu.* 8. vbi more suo sequenti numero plures facit distinctiones pro materia declaranda.

DCLXXXIX.

Mutuum IN DVBIO non præsumitur, maxime in personis, quæ negotiari consueuerunt, in quibus contrarium idcirco potius est censendum, cum illi non soleant tenere pecuniam otiosam, Præsertim, in magna quantitate, idcirco eis præstari debet interesse tàm ratione damni emergentis, quàm lucri cessantis *Alex. cons.* 41. *num.* 4. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 55. *num.* 10. *lib.* 2. *Rota Ianu. decis.* 177. *num.* 7. & *Gratian. lib.* 14. *discept. forens. cap.* 622. *num.* 10.

Contrariũ tamen tradit Roman. *cons.* 238. *sub n.* 3. *per glo. in l. cum quid ff. de certum petatur*, Vbi IN DVBIO pecuniã datam esse ex causa mutui non depositi probat *Raphael de Turro tr. de cambijs disp.* 2. *num.* 23. *ac disp.* 5. *nu.* 10. *ac num.* 12. *pagina* 327.

DCXC.

NATVS in nono mense potius, infans & sic mense habili quã in octauo IN DVBIO dicendũ est *l. vxoris abortu C. de posth. hared. Bald. in l. septimo mense ff. de statu hominũ, Dec. in cap. per tuas col.* 2. *de probat. Socin. Iun. cons.* 35. *num.* 25. *lib.* 2. *Oddus cons.* 28. *quos sequitur, Giurba ad Statuta Messana cap. p. sub num.* 45. *vers. In dubio, cum seq. plur. glos.* 4. *par. p.*

Quia IN DVBIO natus quis præsumitur mense habili ad viuendum vt in nono mense, non autem inhabili, vt octauo, vt post alios probat Peregr. *de fideicom. art.* 45. *alias* 43. *sub n.* 30. *circa medium, quos secuti fuimus nos in tract. de æquitate cap.* 128. *num.* 53. *lib.* 2.

Natus

DCXCI.

Natus de legitimo matrimonio IN DVBIO quis præsumitur l. Lucius ff. de condit. & demonstr. Lancelotus Galiauola *in repet. rubr. ff. de verborum oblig. num.* 63. *Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 473.

DCXCII.

Natus tempore congruo quis IN DVBIO præsumitur *Bart. & cæteri in l. non solum* §. *sed vt probari ff. de operis noui nunciat. Ias. conf.* 168. *num.* 7. *lib.* 4.

DCXCIII.

Naturalis potius, quam spurius IN DVBIO quis præsumitur, quando filius, est illegitime natus *Rota Rom. decis.* 808. *num.* 4. *par. p. Crau. conf.* 138. *num.* 5. *late Surd. conf.* 177. *num.* 6. *vers. Quod si prædicta Menoch. conf.* 108. *num.* 25. *& conf.* 7. *Polid. Ripa singul. obseru.* 390. *Fachin. lib.* 3. *controu. iuris cap.* 63. *Thesaur. quæst. famil.* 83. *num.* 4. *lib.* 2.

Contrarium tamen defendit Menoch. tr. de præsumpt. lib. 6. presumpt. 54. num. 7. Cui tamen respondit Ripa *d. obseru.* 390. & distinguendo tollit obiectum, & Menochij sententiam deffendit Bim. *conf.* 308. *num. p.* Ea ratione quod id tutius est fauore animæ, cum grauius sit delictum, vt ibidem adducit, idem probat idem Bimius *cōs.* 228. *num.* 8.

DCXCIV.

Negligentia siue culpa IN DVBIO minime præsumitur l. 2. ff. si quis Caut. *l. in illa stipulat. si calendis ff. de verbo obligat. Affl. decis.* 13. *n.* 18. Semper enim fieri debet interprætatio, vt culpa excludatur Angel. *in l. quod si damnum* §. *ff. de pecul. Crauet. conf.* 151. *num.* 18. *& conf.* 247. *num.* 3. *ac conf.* 219. *nu.* 15. *quos sequitur Farin. quæst.* 31. *num.* 18.

DCXCV.

Notario asserenti se scripsisse testamentum de mandato Testatoris IN DVBIO creditur, si Notarius est persona bonæ famæ, & integræ opinionis maxime quando constaret fuisse vocatum Notarium de mandato testatoris, & erat sanæ mentis Testator Calcan. *conf.* 91. *in fine, Surd. conf.* 414. *num.* 58. *& Silua. conf.* 54. *num.* 10. *& nouiss.*

Thesaur. quaest. famil. 99. num. 14. lib. 2. quos sequti fuimus nos in tr. de aequitate cap. 200. num. 161. lib. 2. quando scilicet Notarius est probatae famae.

DCXCVI.

Notarius qui scriptis aliter quã dictũ fuerit, vel aliquid aliud simile comisit IN DVBIO per errorem, non autẽ dolosè scripsisse praesumitur *tex. in l. penult. C. de his qui sibi in testam. adscript. & in l. quoties §. p. ff. de hared. instit. & probat Capol. cons. 21. nu. 30. vers. Quod autem in dolo, & vers. Quinta coniectura.*

DCXCVII.

Notarius bonae famae IN DVBIO falsitatem minimè comisisse praesumitur *arg. l. qui semisses §. fi. ff. de vsuris, & l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit. Capol. cons. 21. num. 28. vers. Et ex istis concluditur.*

DCXCVIII.

Notarij, aut Iudicis culpa IN DVBIO minime fuisse interrogatos testes examinatos, siue excussos super interrogatorijs partis praesumitur *Tindar. tr. de testibus lib. p. cap. 4. num. 6. & 7. Gutier. pract. quaest. lib. p. quaest. 57. vers. Dices quod, quos sequti fuimus nos in tr. de aequitate cap. 59. num. 9. lib. p.*

DCXCIX.

Notarius vocatus, & admissus ab interessatis IN DVBIO praesumitur, quando accessit ad infirmum & hortatus est ad testamentum faciendum, & non constat quod ab eo, vel eius nomine fuerit vocatus Thesaur. *Quaest. famil. 99. num. 14. vers. Sed si quem sequti fuimus nos in tr. de aequit. cap. 200. num. 162. lib. 2.*

DCC.

Nomine proprio actum interposuisse IN DVBIO quis praesumitur, quando & proprio, & alterius nomine actum ipsum facere poterat, *Bened. da Plombino in repet. l. post dotem num. 2. ff. sol. matr. Doctores in l. p. §. nunciatio ff. de nou. operis nunciat. Tiraquel. de retr. lnag. §. 10. gl. p. num. 3. & nouiss. Raphael à Turre tr. de cambijs disputat. 2. quaest. 23. num. 105. pag. 319.*

DCCI.

Nomen pulcrum alicui positum IN DVBIO praesumitur positum

tum pro præmio, Quæmmadmodum è contra turpe nomén imponitur pro pæna; Hinc Io. *Andr. scribit in cap. cum secundum de præbendis* D. Violantam dixisse quod pulcra nomina etiamsi cariori pretio emi deberent, filijs esse imponenda, & propterea gloriabatur Accursius sibi impositum fuisse illud nomen, Quia accurrit, & succurrit tenebris iuris ciuilis vt notatur *in l. facta* §. *si donda ff. de Trebel.* & *sequitur Io Baptista de Sancto Blasio in repet. l. conatos num.* 16. *C. de Summa Trin & fide Cathol. Fusc. singul.* 14. *litera N.*

DCCII.

Nomen proprium, & nomen appellatiuum vbi iuncta fuerunt in dispositione, si altero nomine attento, dispositio redderetur inutilis, IN DVBIO iudicari debet vt illud nomen contemplatum sit, quod facit valere dispositionem *Dec. in cap. quoniam Abbas num.* 49. *vers. Secundo limitatur de officio Delegati, Bar. in l. si seruus communis nu.* 2. *vers. Quarto quando ff. de stipul. rerum Polid. Ripa sing. obseru.* 397. *num.* 5. *in fine.*

DCCIII.

Nomen suus IN DVBIO refertur ad testatorem, non ad hæredē *Curt. cons.* 40. *col.* 7. *Rol. à Valle cons.* 70. *n.* 78. *lib. p.* & *cons.* 68. *n.* 46. *lib.* 4. *quos sequitur Rimin. Iun. cons.* 246. *num.* 19.

DCCIV.

Nomina designatiua patriæ IN DVBIO significant patriam. *Scrib. in rubr. ff. sol. matrim. vbi Crottus num.* 18. & *late probat Rimin. Iun. cons.* 275. *num.* 2.

DCCV.

De Nomine proprio IN DVBIO videtur potius facta mentio, quam de appellatiuo, quod est generalius *arg. l. hoc legatum ff. de lega.* 3. *Bar. in l. p. in fine ff. de edendo Cephal. in repet. rubr. num.* 88. *ff. de vulg. pupil.*

DCCVI.

Nominatione non facta, quando testator legauit quidquam vni ex filijs Sei ab hærede nominando IN DVBIO ad omnes filios Sei spectat res legata, quæ inter eos diuidi debet *l. labeo* §. *fin. ff. de statu liber. l. si quis Titio* §. *si hares* & *l. cum quidam ac l. vnum ex familia* §. *rogo ff. de leg.* 2. *l. virum* §. *p. ff. de rebus dubijs Anneus Robertus lib.*

4. *rerum iudic. cap.* 4. *verſ. Pro Seio*, vbi ita iudicatum fuiſſe per Senatum Pariſienſem teſtatur.

DCCVII.

Noncij relationi IN DVBIO ſtandum eſt *l. magis* §. *illud ff. de rebus eorum qui ſub tutela, vel cura*; modo tamen noncius ſit publicus & iuratus vt ſubijcit *glo. in d. l. magis verſ. Sun nontiuss, & in cap. cum parati de appell. Decius conſ.* 344. *ſub num. p. verſ. & poſita concluſio, quem ſequitur Alber. Oliu. in Ritu* 17. *Curiæ Archiep. Neap num. p. regiſtratus poſt ritus Carauitæ*.

DCCVIII.

Nouatio IN DVBIO facta non præſumitur Ronghegal *in l.* 3. *num.* 30. *in fi. ff. de duobus reis Alba conſ.* 367. *nu.* 8. *Surd. conſ.* 385. *num.* 9. Quia IN DVBIO pronuntiandum eſt nouationem non eſſe factа Senator Bello. *tr. de his quæ incont. fiunt cap.* 160. *num.* 2. *lib. p. de qua materia egimus nos in tr. de æquitate cap.* 109. *lib.* 2.

Vide ſupra in verbum legatum.

DCCIX.

Nobilior & potêtior in liga, IN DVBIO conuocat alios, quãdo tractatur de negocijs ligæ *Bal. in cap. p. verſ. Ergo, de pace conſtant.*

DCCX.

Nobilis quis IN DVBIO non præſumitur, ſed potius plebeius ſiue popularis; Quia in qualitatibus quæ nobis non in ſunt à natura non præſumitur qualitas, niſi probetur *glo. in cap. ſi forte de elect. lib.* 6. *Doct. in cap. fin. de præſumpt. & in l. ſi vero* §. *qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſd. cogantur, Socin. Sen. conſ.* 146. *lib. p. & Curt. Sen. conſ.* 18. *Caſſan. in conſuetud. Burg. rubr.* 4. §. 20. *verſ. entretantes aueres num. p.*

DCCXI.

Nouitius IN DVBIO admittendus eſt ad profeſſionem, quando vota capituli in aliquo diſcorda ſunt itaut ex tribus partibus due integre non concurrant latæ Menoch. *conſ.* 97. *n.* 27. *cum ſeq. plur.*

Vide ſupra in verbo Collegium.

DCCXII.

OBLIGATIO perſonalis potius IN DVBIO præſumitur, quam emphiteotica *l. veteribus vbi glo. & Bar. ff. de pactis, Manent.*

nent. tr. de iure contr. libell. pacto 15. *quæst.* 33. *num.* 43. *vbi multos alios adducit, vt post eos Costa cons.* 100. *num.* 22.

DCCXIII.

Obligatus ex duabus causis, si simpliciter soluit IN DVBIO soluisse potius dicitur in causam propriam quam in causã alienam inqua & ipse erat obligatus *l. & magis ff. de solut. Nicol. Bell. cons.* 44.

DCCXIV.

Obligantes se plures IN DVBIO pro virili, non insolidum se obligare præsumuntur *l. reos cum in tabulis ff. de duobus reis, Bar. in l. si constante col. 6. vers. Octauo quero ff. sol. matrim. Bal. in l. si cum dotem §. transgrediantur vers. Tertio quaro vbi Alex. ff. eodem Corn. cons.* 303. *lit. F. & lit. L. lib.* 4. *Campeg. tr. de dote in* 3. *parte quæst.* 169. *Bal. Nouel. de dote par.* 7. *quæst.* 38. *Tiraquel. de retr. linager.* §. 31. *glo. vnica num. p. quos sequitur Osasc. decis.* 47. *num. p.*

DCCXV.

Obseruantia subsequta IN DVBIO attendi debet in successione feudorum & Primogeniturarum Surd. *cons.* 403. *nu.* 15. *& Gratian. discept. forens. cap.* 456. *num.* 42. Quia per eam omninò declarari qualitatem primogenituræ probat Peregr. *cons.* 34. *num.* 10. *lib.* 3.

DCCXVI.

Occidisse se ipsum IN DVBIO quis non præsumitur, cum sit grauissimum scelus, *Azo in summa C. de ijs qui sibi mortem consiu. Dec. in l.* 2. *num.* 14. *C. de qui testam. fac. poss. & in cons.* 438. *num.* 2. Quo loco concludit repertum in puteo submersum, non præsumi se ipsum submersisse; de quo casu *Cur. Iun. cons.* 182. *Paris. cons.* 155. *lib.* 4. *& Socin. Iun. cons.* 51. *num.* 2. *lib. p. Placa in epit. delictorum cap.* 23. *num.* 9. *&* 15. *quos refert. & seq. Menoch. de præsumpt lib.* 5. *præsumpt.* 13. *num.* 6. *cum seq. vbi num.* 2. *tradit,* quod is qui se ipsum occidit, Deum Opt. Max. atquè naturam, & demum Rempublicam offendit; Quia Deus solus vitæ hominis est dominus; Natura verò, cum ea dederit virtutum omnium initia, vt appetant sibi conseruationem, & resistant corruptioni; Reipublice, quandoquidem non sibi homo natus dicitur, sed Patriæ.

DCCXVII.

Odiosus actus IN DVBIO sustineri non debet, & tunc dicitur inter-

interpraetatio fauorabilis *l. 2. & l. cum quidam ff. de lib. & posth.* Quamuis regulariter in ambiguo fieri debeat interpraetatio vt actus valeat *l. quoties de rebus dubijs Alcia. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 34. in fine, & probat Card. Mantica lib. pr. de tac. & ambig. tit. 17. num. 32.*

DCCXVIII.

Officialis Fisci quidquid acquisiuit IN DVBIO ex bonis Fisci quaesiuisse praesumitur Accurs. *in l. deffensionis facultas glo. vlt. in fin. C. de iure Fisci lib. 10, Bal. in l. etiamsi vxoris C. de donat. inter virum & vxorem, & scribit Mascard. de probat. conclus. 1134. num. p.*

Hanc tamen conclusionem procedere in Thesaurarijs declarat Scap. *tr. de iure non scripto lib. 3. cap. 12.*

Vide supra in verbo Fisci.

DCCXIX.

Pro Officiali IN DVBIO praesumitur l. 2. C. de officio eius, Innocent. in cap. innotuit, de eo qui iure ord. suscept. quem sequitur Caccialupus *in repet. l. admonendi nu. 140. ff. de iure iur.* vbi scribit probationem resultantem contra Officialem ex dicto vnius testis, videri aliqualiter exaninanitam, propter contrariam praesumptionem facientem pro Officiali.

Quae conclusio limitatur, quando alia contraria vrget praesumptio contra Officialem Alcia. *reg. 3. praesumpt. 15. in fi.* videlicet, quando contra ipsum aliquid constare inceperit *Franch. decis. 8. num. 3. Menoch. lib. 2. praesumpt. 85. num. 19. quos sequitur Illustriss. Regens Capyc. Galeota in quem post hac scripta incidi controu. 55. num. 48. in fin. lib. 2. & expressius in resp. Fiscali 15. nu. 113. cum seq.* Vbi etiam declarat conclusionem principalem procedere respectu eorum, quae fecit Officialis, non respectu futurorũ, Quia tunc circa futuram administrationem non praesumi pro Officiali docet ex *Vinio decis.* 113.

DCCXX.

Officialis delinquens IN DVBIO non praesumitur delinquere praetextu officij *Rol. cons. p. lib. 3. Baiard. ad clarum quaest. 35. num. 34. Capyc. decis. 130. num. 12. quos sequitur Mastril. de Magistr. par. 2. cons. 36. vers. Et de Officialis & cap. 40. num. 10.*

Offen-

DCCXXI.

Offensor nunquam IN DVBIO præsumitur aggressus, siue deffensor, nisi hoc probetur *Cephal. cons.* 28. *num.* 4. *vers. Quarto quia, quem sequuti fuimus nos in tr. de aquitate cap.* 130. *num.* 60. *lib.* 2.

DCCXXII.

Oppidum siue Castrum positum inter duas Ciuitates IN DVBIO præsumitur iurisdictionis illius cui est propinquius *arg. l. Adeo* §. *insula ff. de acquir. rerum domin. &* §. *insulam instit. de rerum diuis. Martin. Landens. tr. de Castellanis quæst.* 7.

DCCXXIII.

Ommissio alicuius rei facta in inuentario IN DVBIO per ignorantiam facta præsumitur, non autem per dolum, *Rol. de inuent. quæst.* 8. *num.* 14. *par.* 4. *& post multos Cancer. lib.* 3. *var. resol. cap.* 2. *num.* 58.

Quod tamen intelligitur procedere in omissione rei modicæ non in omissione rei magni valoris, quia tunc dolosam essem omissionem IN DVBIO dicendum est *Thesaur. Iun. quæst. famil.* 10. *num.* 26. *lib. p. & diximus nos in tr. de aquitate cap.* 181. *num.* 30. *lib.* 2.

Vide supra verbo inuentarium.

DCCXXIV.

Opera, & industria IN DVBIO sunt æquales pecuniæ in societatibus, & negotiationibus *l. si non fuerint in fine ff. pro socio, &* §. *de illa institut. eodem tit. Alex. cons.* 132. *num.* 27. *lib.* 5. *Socin. Iun. cons.* 74. *num.* 3. *lib.* 2. *quos sequitur Hector Felin. de societ. cap.* 15. *num.* 45. *& Hertman. Pistor quæst. iuris lib.* 3. *quæst. p. num.* 15.

DCCXXV.

Operarius siue locans operas suas alteri IN DVBIO operare debet sumptibus suis, & suis feramentis, idest ligone vel aliter *Petrus Gerardus singul.* 14. *num.* 18

DCCXXVI.

Opinio Doctorum distinguentium IN DVBIO prævalere debet *Surd. decis.* 126. *num.* 12. *quem sequitur Illustris. Regens Capyc. Galeota responso Fiscali* 13. *num.* 46.

DCCXXVII.

Ab Opinione communi Doctorum IN DVBIO recedere non debemus

debemus *l. p. ibi, & sane crebrior apud veteres opinio est ff. de officio quem Card. Mantica tr. de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 9. *sub num.* 19. *vers. Nequè.*

DCCXXVIII.

Ordinaria iurisdictio, non delegata IN DVBIO excerceri dicitur, ita docet *Abb. in cap. quoniam Abbas de offic. deleg. & in cap. licet de officio ordin.*

DCCXXIX.

Originali instrumento potius IN DVBIO quam copijs extractis standum est *cap. quoniam contra extra de probat. Scap. tr. de iure non scripto lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 6.

DCCXXX.

PACTVM fauore promissoris IN DVBIO interprætandum est, & sic contra illum, qui se fundat super ipso pacto *tex. l. veteribus vbi glo. & Bart. de pactis, Dec. cons.* 313. *num.* 4. *post Imola & alios affirmantes.*

Pactum IN DVBIO interprætari debere in fauorem promissoris quos sequitur *Menoch. cons.* 574. *num.* 8. *in fine.*

DCCXXXI.

Paries existens inter vicinos Commmunis IN DVBIO præsumitur præsertim si nihil hinc inde fuit immissum *Bart. in l. inter quos num p. vers. quandoq; paries ff. de damno infecto Cepolla tr. de seruit. vrb. præd. cap.* 40. *num.* 11. *& cons.* 35. *num.* 6. *quos sequitur Menoch. cons.* 1237. *num. p. &* 2.

DCCXXXII.

Papam rompere voluisse certum numerum Canonicorum IN DVBIO non præsumitur, nisi exprimat secundum *Compostel. in cap. eam te de rescriptis, quem sequitur Stafil. de literis gratia, & iustitia fol.* 39. *à ter. vers. Circa quod.*

DCCXXXIII.

Patroni vbi plures sint, vtpotè de Collegio, cui spectat præsentatio, & simul præsentare tenentur; præsentare IN DVBIO non dicuntur, si separatim facta est præsentatio *glo. magna in cap. beneficiũ in fine, de regularibus lib.* 6. *Felin. in cap. cum omnes num.* 29. *in fine de constitut.*

Patro-

DCCXXXIV.

Patronorum pluralitas IN DVBIO non præſumitur *l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tutella, & tradit Cioffus conſ.* 110. *num. p. lib. p.*

DCCXXXV.

Pater dotans filiam IN DVBIO de proprio dotare præſumitur *l. fin. C. de dotis promiſſ. Barzius deciſ.* 29. *num.* 43. *Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 19. *num. p.*

DCCXXXVI.

Pater IN DVBIO non cenſetur donare filio, ſed potius in peculium concedere *Crau. conſ.* 39. *ſub num.* 9. *Galin. de verb. ſignific. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 188.

DCCXXXVII.

Pater ſtipulans pro filio exiſtenti in eius poteſtate, cenſetur IN DVBIO concedere ei in peculium, non autem donare *l. fin. ff. de peculio etiamſi filius eſſet miles l. fin. C. de Caſtr. pecul. lib.* 12. *Bar. in l. ſi pater ff. de donat. & late probat Bened. de Plombino in repet. l. poſt diem num.* 23. *ff. ſol. matr.*

DCCXXXVIII.

Pater IN DVBIO præſumitur gubernare filium, & illum alere, & ſic adminiſtrare ipſum Patrem non filium *Cyn. in l. ſi cũ dotem §. tranſgrediant ff. ſol. matrim. Corn. conſ.* 303. *lib.* 4. *quos ſequitur Alex. Trentacinquè lib.* 3. *var. reſol. tit. de iure dotium, reſol.* 4. *nu.* 7. *verſ. Cur ſecundum opinio.*

DCCXXXIX.

Pater IN DVBIO donare præſumitur filio expenſas ſtudiorum cauſa factas vt poſt alios probat Menoch. *conſ.* 685. *num.* 9.

DCCXL.

Paterna bona eſſe ea quæ filius poſſidet IN DVBIO non eſt dicendum *Alex. conſ.* 171. *num.* 3. *lib.* 6. *quem ſequitur Surdus deciſ.* 369. *num.* 18. *verſ. Quare non,* qui reprobat Marzarium contrarium ſcribentem.

DCCXLI.

Pater de proprio expenſas feciſſe pro filio ſtudij cauſa IN DVBIO dicendum eſt.

Vide ſupra in verbo expenſæ.

DCCXLII.

Pater naturalis IN DVBIO censetur dotasse filiam de bonis eiusdem filiæ non de proprio *Crotus in repetitione l. p. num. 5. ff. sol. matrim.*

DCCXLIII.

Pater IN DVBIO præsumitur sumere bonum consilium pro filio *l. nec in ea §. fi. ff. ad l. Iul. de adult. Menoch. cons. 145. num. 50. cons. 8. num. p. & cons. 210. num. 45.*

DCCXLIV.

Pater IN DVBIO præsumitur prouidere filio, non autem illum grauare *l. nec in ea ff. de adult. Alcia. tr. de præsumpt. reg. p. præsumpt. 2. num. 2. Pichus in repet. l. in quartam num. 123. vers. Etsi dicatur ff. ad l. falcid. Menoch. cons. 55. num. 30. & cons. 8. num. p. Ludouis. decis. 244. num. 2.*

Patruus dotans neptem vide in verbo Dos.

DCCXLV.

Patrimonialis res IN DVBIO potius præsumitur, quam acquisita *Tiraquel. tr. de retr. Linager §. 32. glo. p. num. 90. quem sequitur Io. Vincent. de Anna singul. 676. nouissime à me visus, cui addo Bimium cons. 282. num. 41.*

DCCXLVI.

Pascua communia IN DVBIO coli & ad culturam reduci nequeunt, quando hactenus inculti ad pascuum commune inseruiuerint *Couarun. pract. quæst. cap. 37. num. 6. vers. Superest ergo pag. 581.*

DCCXLVII.

Patientiam fuisse præstitam per locatorem in re locata IN DVBIO dicendum est *l. 2. vbi glo. & Bart. C. de acquir. possess. Socin. cons. 15. num. 7. lib. 4. Osasch. decis. 52. num. 2. & num. 17. quos sequitur Anna post hac scripta visus singul. 680.*

DCCXLVIII.

Pacientia Domini directi IN DVBIO minime præsumitur, nisi clare probetur *Crau. cons. 134. num. 14. quem sequitur, Bimius cons. 12. num. 40.*

Pacientia locatoris, vide supra in verbo locator.

Partus

DCCXLIX.

Partus IN DVBIO eius esse præsumitur, cui similis est, *Marius Salomonius in repet. l. Gallus num.* 50. *ff. de liberis, & posth.*

DCCL.

Pauper qui æs alienum contraxit, illud IN DVBIO contraxisse præsumitur ad se alendum; Cum nemo præsumatur viuere de vento *l. fin. C. de alim. pa. præst. Papon. lib.* 18. *tit. p. Arresto* 18. qui ample hanc pertractat materiam, quem sequitur *Fontanel. de pactis nuptial. clausf.* 6. *gl.* 2. *par.* 3. *num.* 56. *lib.* 2.

DCCLI.

Pauper quis IN DVBIO præsumitur, quia nudi nascimur in Mundo, & nudi reuertimur, vt tradit *Tiraquell. de retr. consanguin.* §. 32. *glo. p. num.* 94. *quem sequitur Hodiern. ad Surdum decis.* 320. *num.* 2.

DCCLII.

Pax IN DVBIO rupta præsumitur ex noua causa, non autem ex veteri *Vulpel. de pace quæst.* 47. *num. p. Benintend. Decis.* 65. *num.* 2. *Paris. cons.* 165. *lib.* 4. *& late probat Bonacossa. commun. opin. in verbo Pax pag.* 513.

DCCLIII.

Pax rupta IN DVBIO non præsumitur *Bal. in l. si prædium col. fi. C. de edil. edicto Roma. cons.* 183. *in fi. quem sequitur Dec. cons.* 406. *num.* 7. & post eos tradit *Vulpel. tr. de pace possess post consilia, quæst.* 56. *num.* 5. Ea ratione vt quies conseruetur, & bonum publicum, cum ex pacis fractione, scandala & tumultus vndiq; oriantur.

DCCLIV.

Perpetuum IN DVBIO esse præsumitur id quod esse potest perpetuum, aut temporale *l. sufficit & ibi Bar. & Ias. ff. de condit. indebiti Decius cons.* 472. *num.* 21. *Rui. cons.* 160. *num.* 17. *lib.* 2. *gla. in* §. *vlt. institut. de iniur. Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 109. *num.* 9.

DCCLV.

Pecuniæ à pluribus solutæ IN DVBIO præsumuntur esse eius qui illas exbursauit *Bald. in l. si patruus num.* 4. *C. commun. vtriusq; iudic. Roma. cons.* 274. *num. p. vers. Item non esset C. si quis alteri, vel*

sibi, & late probat Mascard. de probat. conclus. 1159. *nu.* 2. *& nouiss. Raphael. à Turre tr. de cambijs disput.* 2. *quæst.* 23. *nu.* 105. *pag.* 319.

DCCLVI.

Pœnam impositam hæredi per testatorem, applicatur IN DVBIO cohæredi & si is non est applicatur substituto *Bar. in l. pater famil. num.* 75. *ff. de hæred. instit. Crau. cons. 7. num.* 6. *Menoch. cons.* 1084. *num.* 3. *& cons.* 135. *num.* 4. *post Clarum in* §. *testamentum quæst.* 69. *in fine, & Butigel. in repet. l. qui in potestate num.* 99. *C. de in ius voc.*

DCCLVII.

Pœnæ in contractibus partibus potius quàm Fisco IN DVBIO sunt applicandæ Thomas Parpalea *in repet. l. si quis maior num.* 50. *& in* 2. *lectura num.* 75. *C. de transactionibus.*

DCCLVIII.

Ad Pœnam euitandã IN DVBIO iudicandũ est potius, & sic quod neuter ex duobus delatis inciderit in pœnam, Quam quod vterquè *l. si seruum* §. *sequitur ff. de verbo oblig. & ibi Bar. hanc sententiam amplectitur, Alba cons.* 142. *num.* 12. *& Gozad. cons.* 60. *sub num.* 15.

DCCLIX.

Pœnam priuationis hæreditatis, & similium per testatorem impositam hæredi si contrauenerit eius voluntati IN DVBIO dicendum est ad terrorem tantum impositam fuisse, non vt vere amitteret hæreditatem hæres, *Vulpel. cons.* 122. *quem sequitur Randens. decis. Pisana* 42. *præsertim num.* 19. *& diximus nos in tr. de æquitate cap.* 101. *num.* 145. *lib. p.*

DCCLX.

Pœnæ non esse locum IN DVBIO iudicari debet *arg. l. si Præses & ibi glo. ff. de pœnis, Osasc. decis.* 76. *num.* 67. *Randens. decis. Pisana* 22. *num.* 78. *fol. mihi* 294. *& Dec. cons.* 452. *num.* 7.

DCCLXI.

Pœna capitalis à Lege, vel Statuto imposita IN DVBIO intelligitur de morte ciuili non naturali *glo. in l. p. C. de Sacr. Bapt. re iter. & l.* 2. *col.* 5. *ff. de publ. iudic. glos. in l. in crimine verbo capitali C. de iurisd. omn. Iud. Valascus in repet. l. Imperium num.* 168. *ff. de iurisd. omn. Iud.* Vbi multa adducit, quibus probat Statuta imponentia

ponentia pænam capitis, intelligi de pæna ciuili; Vbi enim statuentes voluerint pænam capitalem compræhendere mortem naturalem ad tollendum omne dubium; addiderunt post expressionem capitalis pænæ alia verba,& ita quod moriatur, & ita probat *Boss. tit. de sententijs num.* 101. *& post alios tradit Carpa. ad Nou. Const. tit. de pœnis* §. *homicidium num.* 951. *cum plur. seq. pag.* 66.

DCCLXII.

Pæna minor IN DVBIO infligenda venit in foro iuditiali, secus in foro pœnitiali, in quo maior pæna imponenda est IN DVBIO ita probat *Abb. in cap. p. num.* 3. *&* 5. *de iudic. Gozad. in repet. l. is apud quem num.* 19. *C. de edendo*.

DCCLXIII.

Pæna à Principe imposita pro certo delicto IN DVBIO imposita censetur cumulatiue ad alias pænas à iure communi Statutas *Bar. & Cyn. in l. nullum C. de testibus, quos sequitur Illustris. Regens Capyc. Galeota contron.* 57. *sub num.* 48. *& num.* 49. *vers. Tertio quia lib.* 2. Quamuis contrarium voluerint *Bal. in l. si seuerior num.* 15. *C. in quibus causis infam. irrog. Couar. lib.* 2. *var. resol. cap.* 10. *vers. Vndecimo eadem*. *Qui D. Galeota num.* 55. *scribit* reiterari etiam pænam quando reus affectauit sibi minorem imponi pænam ex *Boer. decis.* 289. *sub num.* 10. *Dec. cons.* 125. *num.* 9. *& Natta cons.* 233. *num.* 2.

DCCLXIV.

Pensionis partem soluens IN DVBIO dicitur constitutus in possessione soluendi totam pensionem, & sic eam exigendi pensionarius; Quia ob vnitatem vnius subiecti, dicitur quis acquisiuisse totum; *Menoch. cons.* 36. *num.* 32. *cum seq. & post multos Gratia. lib.* 3. *discept. forens. cap.* 426. *n. p. &* 2. vbi ita iudicasse Rotam testatur.

DCCLXV.

Pensionis exactione pro parte IN DVBIO quis dicitur constitutus in possessione exigendi totam pensionem, & ita censuit Rota die 15. Decembris 1590. coram Card. Panfilio,& die 16. Ianuarij 1613. coram alio Panfilio nunc Summo Pontifice Innocentio X. Gratia *lib.* 3. *discept. forens. cap.* 426. *num. p.*

Pensio

DCCLXVI.

Pensio annua promissa Moniali attenta renunciatione bonorum, quam liuellum nuncupant facta IN DVBIO dicitur in causam alimentorum, idest vestitus *l. legato ff. de alim. & cibar. legatis, & probat Marcel. de Mauro in alleg. 58. num. 4. & alleg. 60. num. 4.*

DCCLXVII.

Percussus primo si durante rixam alium vulnerat, IN DVBIO dicitur sẽper id fecisse ad propriam deffensionem. *Bal. in l. p. C. Vnde vi, Corneus cons. 274. sub num. p. vers. Tamen loquor lib. p.*

DCCLXVIII.

Contra Percussorem IN DVBIO iudicandum est, *Bal. in cap. p. Quibus modis feuda amittantur col. 6. Foler. in appar. ad pragmat. tit. de ictu baliste, & diximus nos in tr. de aequitate cap. 119. num. 29. lib. 2.*

DCCLXIX.

Permutata res, IN DVBIO equiualens, & correspondens prẹsumitur rei in permutationem traditæ *Menoch. lib. 3. præsumpt. 122. num. 83.*

DCCLXX.

Perinde aduerbium IN DVBIO similitudinem omninò importat *Fiumagiola in repet. l. in quartam num. 243. ff. ad legem falcid.*

DCCLXXI.

Personalem esse concessionem IN DVBIO factam personæ priuatæ est iudicandum *Anchar. cons. 327. num. 2.* vbi multos in eam refert sententiam reprobata contraria opinione, *Diana lib. 4. resolut. moral. tr. 3. resol. 51. Facit l. p. ff. de iure iur. & cap. cum persona de priuil. lib. 6.*

DCCLXXII.

Personam illesam seruare IN DVBIO melius est, quam illam subijcere periculo mali casus *Belamera cons. 16. quem sequitur Tuschus in verba Papas conclus. 59.*

DCCLXXIII.

Pignus speciale IN DVBIO sufficiens præsumitur, pro integra solutione debiti *glo. in l. 2. C. de pignoribus, verbo redigere Affl. decis. 373. num. 2. Surdus decis. 44. num. 16.* vbi alios plures refert, & post

eos

eos Illustriss. Regens Capyc. Galeota *controu.* 14. *num.* 21. *lib.* 2. *&* *dixi in tr. de aequitate cap.* 30. *num.* 54. *lib. p.*

DCCLXXIV.

Piae causae IN DVBIO fauendum est *l. sunt personae in fine ff. de relig. & sumpt. Funer. Neuizan. lib.* 5. *salue nupt. num.* 73. *& lib.* 6. *num.* 28. *ac num.* 47. *Gomez. in* §. *ex maleficijs num.* 49. *instit. de act. Menoch. cons.* 429. *num.* 15. *& post eos Galua. cons.* 17. *num.* 6.

Haec tamen conclusio limitatur in casibus in quibus expraesse priuilegiata nō reperitur pia causa, quia tunc contra piam causam fiendam esse interpraetationem respondit *Paris. cons.* 68. *num.* 70. *cum seq. lib.* 2. *& cons.* 77. *num.* 44. *lib. p. quem sequitur Marta voto* 6. *nu.* 16. *&* 17.

DCCLXXV.

Pluralitas actuum IN DVBIO non praesumitur ad euitandum testium falsitatem *tex. in cap. cum tu, extra de testibus, Bald. in l. iurgent.* §. *quod fere ff. de pactis, Gramat. cons. crim.* 47. *num.* 10. *Viuius decis.* 204. *num.* 8. *Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 19.

DCCLXXVI.

Pluralitas rerum IN DVBIO praesumitur, non actuum, & personarum *Surdus cons.* 62. *sub num.* 74.

DCCLXXVII.

Pluralitas contractuum IN DVBIO non praesumitur, Innoc. in cap. cum Ioannes de fide instrum. *Bar. in l. si in rem ff. de rei uendicat. Aret. cons.* 102. *col.* 3. *quos sequitur Viuius decis.* 203. *num. p. &* 2. *& seq. Anna singul.* 709. *post haec scripta visus*; Cuius additionator Fabius ibidem tradit hanc pluralitatem, neque etiam praesumi respectu nominum ex *Crau. cons.* 269. *num.* 3. *amplè Viuius decis.* 204. *n. p.*

DCCLXXVIII.

Pluralitas personarū IN DVBIO minimè praesumitur *l. duo sunt Titij ff. de testam. tutela Ferret. cons.* 245. *num.* 12. *lib.* 2. *Cioffus cons.* 210. *num. p. lib. p. & ample Viuius decis.* 204. *num.* 4.

DCCLXXIX.

Possessor venae auri vel alterius metalli IN DVBIO praefertur Domino cap. loco causam de probat. *l. p.* §. *is qui ff. de vi, & vi arm. & late probat Io. Gnidius tr. de mineralibus lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 75. *cum seq.*

Possi-

DCCLXXX.

Posſidere quem bona fide IN DVBIO eſt præſumendum, non clam, aut vi *Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina ſub nu. 30. poſt medium de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

DCCLXXXI.

Pro Poſſeſſore IN DVBIO pronuntiandum eſt §. commodum instit. de interdictis, *l. Arrianus ff. de action. & obligat. Crau. conſ. 180. in fi. Anchar. conſ. 162. num. 4. Menoch. conſ. 845. num. 73. & conſ. 1229. num. 15. & late tradit Diana par. 4. reſol. moral. reſol. 2. per totum*, Quod procedit etiam quando duo inſtrumenta eodem die fuerunt celebrata, neque apparet quorum alterum primo loco fuerit ſtipulatum, Quia tunc IN DVBIO fauore poſſeſſoris fuiſſe prius ſtipulatum inſtrumentum dicendum eſt, *Card. Mantica de tacit. et ambig. lib. 11. tit. 22. ſub num. 13. verſ. Sed Dei ex Alcia. conſ. 40. num. 16. cum ſeq. lib. 5. de quare ſupra in verbo duo, & verbo inſtrumentum.*

DCCLXXXII.

Poſſeſſor antiquior IN DVBIO præſumitur ſine cauſa ſpoliatus, idcirco qui eum ſua culpa ſpoliatum aſſerit, probare debet *Rol. conſ. 50. num. 5. lib. 2. & Menoch. remed. 15. recuper. nu. 97.*

DCCLXXXIII.

Poſſeſſio iuſta IN DVBIO præſumitur, idcirco pro ea pronunciandum eſt §. *retinenda inſtit. de interdictis cap. ſæpe, de reſtitut. ſpol. & cap. ex litteris de probat. Maſcard. de probat. concluſ. 1194. num. 34. & Feder. Martin. tr. de cenſibus cap. 8. num. 253. Bimius conſ. 12. num.* 10. & nouiſs. Illuſtriſs. Regens Gapyc. Caleota *controu. 54. nu. 7. par. p. poſt Menoch. remed. 3. retinendæ num.* 715.

DCCLXXXIV.

Poſſidentis melior dicitur conditio IN DVBIO §. *commodum inſtit. de interdictis Theſaur. Iun. quæſt. famil.* 106. *nu.* 3. *lib.* 3. Adeo quod ſi duo reſcriptum impetrarunt à Principe eodem tempore, & ignoratur, quis primo loco impetrauerit, tunc præfertur is, qui poſſidet *cap. ſi à Seda de prebendis lib. 6. Menoch. de arbitr. caſu 48. num.* 10.

Poſsidere

DCCLXXXV.

Possidere sua iura IN DVBIO quis præsumitur, vt plures distinguendo casus probat *Rosental. de feud. cap.* 10. *quæst.* 44. *num.* 7. *pag. mihi* 342.

DCCLXXXVI.

Possessor beneficij, etiamsi laicus sit IN DVBIO præsumitur vt fuerit Clericus tempore collationis *Belamera decis.* 611. *in fine Mascard. de probat. conclus.* 302. *num.* 16. *quos sequitur Gratia. lib.* p. *discept. forens. cap.* 126. *num.* 19.

DCCLXXXVII.

Possessio ex sola Principis concessione IN DVBIO translata non censetur præsertim quando agitur de re corporali, vt de solo Illustriss. Regens Capyc. Galeota *responso Fiscali* 7. *num.* 2.

Contrarium tamen probat *Menoch. cons.* 331. *num.* 87. Quæ conclusio fœdere distinctionis conciliatur per eundem Illustriss. Regentem loco citato num. 10. Nempè aut agitur de priuilegio per Principem concesso, & procedit prima opinio aut agitur de contractu per Principem gesto, & tunc IN DVBIO translatam esse possessionem concludendum est.

DCCLXXXVIII.

Possessionem suam alteri locando conductor rem conductam IN DVBIO non priuat dominum, qui dicitur retinere eam etiam per secundum conductorem *Caroz. de locato & conducto par.* 2. *tit. de sublocatione qu.* 8. *n.* 12. Quæ conclusione procedit, etiam si secundus conductor denegaret solutionem mercedis ipsi Domino ex *not. in l. male agitur C. de praescript. trig. annorũ Caroz. vbi supra nu.* 14. *vbi n.* 15. scribit quod per traditionẽ verã factam per colonum aliç personç præiudicatur Domino possessori secus per fictã, vt per constitutũ aut, præcarium & similia quod esse notatu dignum tradit ibidem auctor.

DCCLXXXIX.

Possessio interuersa IN DVBIO non præsumitur *Aret. in l. quemadmodum prope finem ff. de acquir. possess. & late probat Gratian. lib.* p. *discept. forens. cap.* 113. *num.* 23.

DCCXC.

Pontifex Summus IN DVBIO non dicitur voluisse derogare

 iuri

iuri Iurispatronatus laicorum, *Felin. in tr. quando littera Apostol. non pat. patr. Eccles. col. p. & 2. Dec. cons. 126. Crau. cons. 68. num. 2. quos sequitur Guidob. aduocat. 107. num. 12.*

DCCXCI.

Potentior in liga vti Superior IN DVBIO conuocat alios, quando agitur de negotijs ligæ *Bal. in cap. p. vers. Ego de pace constantia.* Vide supra in verbo Liga.

DCCXCII.

Præscriptio fide bona processisse IN DVBIO præsumitur, *Balb. in l. Celsus par. 3. nu. 2. ff. de vsucap. Alcia. de præscript. reg. 3. asumpt. 5. Couarua. de sponsal. 2. par. 8. §. p. num. 4. quos sequitur Suarez. de commun. opin. in verbo præscriptio pag. 321. in fi.*

DCCXCIII.

Præscriptio triginta annorum, non præsumitur sublata in contractibus Quia IN DVBIO videntur partes voluisse contrahere secundum dispositionem legis, *l. quaro §. inter locatorem ff. locati, l. quidam ff. de verb. oblig. Gratian. lib. p. discept. forens. cap. 2. nu. 2.*

DCCXCIV.

Cōtra Præscriptionem IN DVBIO est pronuntiandum, Gregor. Lopez *in l. 42. tit. 18 par. 3. gl. 2. Castil. de tertijs cap. 19. num. 3. & 4.*

DCCXCV.

Præsumptionibus, & coniecturis vtimur tantum IN DVBIO, non in claris l. cum ita §. continuus ff. de verborum obligat. Veritas enim facit cessare præsumptiones, & coniecturas tàm hominis, quàm iuris *l. penult. §. mulier ff. de probat. Hector Felic. Alleg. 50. sub num. 6. par. p.*

DCCXCVI.

Præsumptio illa IN DVBIO est capienda, quæ dolum excludit l. Diuus ff. de in integrum restit. *Tomatus decis. 28. num. 104. cum seq. Martius Medices decis. Senensi 97. in fine Bertazol. cons. 251. nu. 61, lib. 2. quem sequitur, Felic. alleg. 14. num. 20. ad rem Bursa. cons. 135. num. 17. & cons. 329. num. 38. & cons. seq. lib. 3.*

DCCXCVII.

Præcessisse IN DVBIO præsumitur id quod præcedere debebat

bat ad hoc vt actus valeat *cap. Pastoralis de rescriptis, Magon. decis. Florent.* 10. *num.* 24. *ac nouiss. cum probat Illustriss. Regens Capyc. Galeota responso Fiscal.* 6. *num.* 35. *cum plur. seq.*

DCCXCVIII.

Præsentia rei IN DVBIO præsumitur, quando facta est stipulatio cum clausula dedit tradidit in venditione *Roma. singul.* 509. *num.* 23. *cum seq. quem sequitur Costa remed. subsid.* 47. *sub num.* 2. *post medium vers. Et in dubio.*

DCCXCIX.

Præsentia donatarij IN DVBIO non præsumitur per l. in bello §. factæ ff. de capt. & post limin. reuers. Alex. Trentacinq; *var. resol. lib.* 3. *tit. de donat. vers. p. num.* 5.

DCCC.

Præsentia in loco in quo quis habitat IN DVBIO præsumitur, *Bar. in l. is potest ff. de acquir. hared. cap. cum in sua, qui mat. accus. poss.* Contrarium tamen defendit Specul. videlicet, quod Viri, vel Patris absentia præsumatur ad hoc vt contractus per vxorem, aut filium famil. gestus valeat, Qui alias non valeret vt inquit Specul. *in tit. de actore* §. *p. Tiraquel. de legibus conubial. gl.* 8. *num.* 29. *cum seq. plur. fol. mihi* 327. *Alex. cons.* 80. *vers. col. vlt. lib* 5. Qui Tiraquel. ex Baldo *in l. vlt.* §. *necessario C. de bonis qua liber.* docet quod allegans præsentiam, siuè absentiam probare tenetur.

DCCCI.

Pretij fides IN DVBIO habita non præsumitur, Fabia. de Monte *tr. de empt. & vendit. quæst.* 5. *princip. sub num.* 37. *cum seq. Alex. cons.* 86. *num.* 6. *lib.* 6. *Honded. cons.* 52. *num.* 38. *lib.* 2. *quos sequitur Alex. Galua cons.* 30. *num.* 20. *qui reprobat Roma. contrar. tenente in fine* 110. *post Card. Tuscum pract. conslit. tom.* 8. *lib.* 5. *conclus.* 68. *num.* 3. *Gail. lib.* 2. *obseru.* 15. *sub num.* 6.

DCCCII.

Prætium solutum Viro, & Vxori IN DVBIO perueniſſe præsumitur tantum ad manus Viri *arg. auth. si qua mulier C. ad Vall. vbi Salic. num.* 8. *& Bal. num.* 6. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 22. *per totum maxime num.* 5. *Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 44. *lib. pr. late Giurba ad Stat. Messana cap.* 14. *gl.* 3. *par.*

p. num. 3. in fin. & glos. 4. num. 21. & egimus nos in tr. de æquitate cap. 153. num. 4. cum plur. seq. lib. 2.

DCCCIII.

Pretium conuentum IN DVBIO solui debet de præsenti, quando non fuit expræssum tempus, quo illud solui debebat *l. cum qui Calendis §. quoties ff. de verbo oblig. & scribit Petrus de Gregor. tr. de feud. par. 8. tit. de concess. feud. quæst. 16. num. 27.*

DCCCIV.

Pretium iustum esse IN DVBIO præsumitur, quod passim in Prouincia est receptum *Bar. in l. omnia C. de impub. Iodoc. in tr. de Tutorum munere cap. 10. num. 48. Glussia. tr. de pretio, & æstimat. cap. num. 23. vers. Pacta iustum pretium circa medium lib. 2. vers. Pacta in fine, & diximus nos in tr. de æquitate cap. 89. num. 46. cum seq. lib. p. vbi amplissime hanc materiam pertractauimus.*

DCCCV.

Pretij magnitudo arguit IN DVBIO quid in venditione contineatur *Ias. in §. actionum num. 171. instit. de action. Capyc. decis. 14. & Alex. cons. 61. nu. 6. lib. 4. ac post eos Io. Vincent. de Anna singul. 645. post hæc scripta visus.*

DCCCVI.

Pretium iustum IN DVBIO dicitur illud, quo vendita fuit res ad publicã hastam *Surd. cons. 256. num. 47.* Præsertim quando interuenit Iudicis decretum *Rota decis. 648. n. p. par. p. in recentior. Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 926. num. 16.* Et nouissime Illustriss. Regens Capyc. Galeota post hæc scripta visus *responsio Fiscali 14. num. 20. & 21.* Quamuis contrarium probat. *Franch. decis. 54. in re non venali*, Sed necessitate cogente alteri est adiudicanda, vt subijcit D. Galeota *citato num. 21.*

DCCCVII.

Pretium inter partes conuentum iustum IN DVBIO præsumitur *l. si venditor ff. de seru. export. l. habitationum ff. de peric. & commod. & l. si voluntate C. de rescind. vendit. Bar. in l. omnia C. de impub. Bal. in l. per diuersas C. mandati, Fontanel. de pactis nuptial. lib. 2. claus. 5. glos. 8. par. 13. num. 30. Giurba ad Stat. Messana cap. 6. glos. 12. num. 3. Glus. de pretio & æstimat. cap. 23. vers. Pacta in fi.*

Prælatus

DCCCVIII.

Prælatus aliquod rem Ecclesiæ concedens, IN DVBIO præsumitur in feudum concessisse non autem aliter alienasse *Alcia.de præsumpt. 3. num. 6. reg. 2. Menoch. præsumpt. 91. num. 49. & seq. lib. 3. Mascard. de probat. concl. 209. num. 14. quos sequitur Rosental. de feud. cap. 12. concl. 14. num. 23. & cap. 6. concl. 26. num. 6.*

Præceptum Superioris. Vide infra in verbo Superioris.

DCCCIX.

Primogeniti filius in primogenitura excludit IN DVBIO patruum etiam ante se natum, vbi contrarium non voluisse testatorem appareat, saltem ex coniecturata eius mente *Bal in l. vt intereſt C. de suis & legit. Alex. in l. is poteſt col. 2. ff. de acquir. hæred. & conſ. 4. verſ. Præterea lib. 4. Rubeus Alexandr. conſ. 149. col. pen. in fine, Viuius deciſ. 502. num. 14. cum seq. & in fine.*

Vide supra in verbo Maioratus.

DCCCX.

Priuatio IN DVBIO fieri debet per sententiam non autem ipso iure *Tiraquel. in l. si vnquam verbo reuertatur sub num. 9. quem sequitur Magon. deciſ. Florent. 16. num. 16.*

DCCCXI.

Princeps concedendo feudum IN DVBIO non censetur voluisse a se abdicare omnem iurisdictionem, *Scrib. in cap. cæterum de Iudiciis, Alcia. conſ. 103. num. 6. & 9. lib. 5. ample Rosental. de feud. cap. 5. tit. de regalibus num. 20. quæſt. 11. vbi addic. lit. C.*

Vide supra in verbo Dominus.

DCCCXII.

Princeps fauere potius debet IN DVBIO subdito, quam eius Fisco vt inquit *Menoch. conſ. 467. nu. 11.* Vbi Imperatorem Marcum Antonium Filosophum Comendat. dum in causis Fisco lucratiuis, nunquã Fisco fauit, vt refert *Iulianus Capitol. in vita Marci Antonij.*

DCCCXIII.

Pro Principe IN DVBIO est præsumendum, quando impositum fuit nouum tributum, videlicet quod ex iusta causa, vbi aliter non appareat ita probat *Pe. Io. della Crux in directorio conſcientiæ par. p. quæſt. 7. art. 3. dub. p. cõcluſ. 2. & post multos alios Diana lib. 4. reſol. moral. tr. 3. reſol. 39. in fine.*

Prin-

DCCCXIV.

Princeps IN DVBIO non præſumitur velle præiudicare Fiſco, niſi quatenus eſt expræſſum *Alex. conſ.* 86. *num.* 3. *lib. p. Galin. de verb. ſignif. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 182.

DCCCXV.

Princeps IN DVBIO, non præſumitur iura tollere *l. digna vox C. de legibus Rol. conſ.* 85. *num.* 53. *lib. p. & late tradit Tappia in repet. ff. de conſtit. Principum cap.* 2. *num. p.*

DCCCXVI.

Princeps IN DVBIO non cenſetur reuocaſſe priuilegium, etiā per conceſſionem alterius priuilegij Doct. *in cap. p de reſcript. vbi Dec. num.* 46. *& num.* 52. *ac conſ.* 147. *num.* 2. *Beluga in ſpeculo Principum rubr.* 15. *num.* 9. *& Roder. Suarez alleg.* 8. *num.* 6. *Tappia in repet. l. benefitium num.* 95. *ff. de conſtit. Principum.*

DCCCXVII.

Princeps aliquid confirmando, IN DVBIO non cenſetur derogare iuri communi, etiamſi illa confirmatio alias eſſet inutilis, *Innoc. in cap. pudum de decimis, & in cap. innotuit de eo qui furt ord. ſuſcep. Imola in l. ex facto ff. de vulg. & pupil. Crottus in repet. l. omnes populi num.* 58. *ff. de iuſt. & iure.*

DCCCXVIII.

Princeps non pręſumitur IN DVBIO concedere motu proprio, ſed ad inſtantiam partis *cap. ſi motu proprio de prabendis lib.* 6. *Bero. conſ.* 70. *lib. p. & ſequitur Oddus conſ.* 11. *num.* 14.

DCCCXIX.

Princeps IN DVBIO cenſetur quod vſus fuerit plenitudine poteſtatis vbi actus per ipſum geſtus alias valere non poſſet, *Caſtrenſ. in l. ex imperfecto C. de teſtam. per l.* 3. *ff. de teſtam. tut. & l. Princeps ff. de legibus, idem Caſtren. conſ.* 414. *alias* 283. *incip. in facto præſenti, ac late probat Galiauola in repet. l. centurio num.* 143. *ff. de vulg. & pupil.* Secus verò dicendum eſt quando actus nihilominus valeret quia in dubio non cenſetur velle vti plenitus poteſtatis vt probat *Boſſ. tit. de Principe num.* 193.

DCCCXX.

Princeps imittari ius commune IN DVBIO cenſetur *tex. in l. ex*

ex facto in fi. ff. de vulg. & pupil. & in cap. proposuit de concessione præbendæ Felin. in cap. p. col. 8. *in fine de constit. & ibi Dec. col.* 2. *Galianola in repet. l. centurio num.* 133. *ff. de vulg. & pupil.* Quamuis ex causa rationabili aliter statuere possit Princeps ita probat Tappia *in rubr. ff. de constit. Principum cap.* 22. *nu.* 28.

DCCCXXI.

Principis voluntas talis IN DVBIO præsumitur, qualis esse debet de iure *l. quoniam C. de natur. liber. Bal. in l. ex facto ff. de vulg. & pupil. glo. in cap. paratus* 239. *p. & probat Hieron. Vinc. in repet d. l. ex facto num.* 36. *ff. de vulg. & pupil.*

DCCCXXII.

Princeps IN DVBIO non præsumitur velle afferre præiuditiũ tertio non citato, neq; requisito, *l.* 2. §. *merito ff. ne quid in loco publ. l. nec auus ff. de emancip. liber. & ibi glo. Felin. in cap. veniens il* 2. *col.* 3. *de testibus, Zucard. in repet. l. posthumus num.* 36. *C. de bonorũ possess. tabul. Fab.* eiquè rem tollere, etiamsi cum causa posset *Boss. tit. de Princip. num.* 794.

DCCCXXIII.

Principis authoritas IN DVBIO habet vim decreti, *Bal. in cap.* •*d col.* 2. *quid sit inuest. Io. Vincentius de Anna singul.* 658.

DCCCXXIV.

Priuilegium reuocatum esse IN DVBIO non censetur, *Feder. de Senis cons.* 233. *Roma cons.* 327. *Crau. cons.* 21. *num.* 24. *quos sequitur Menoch. cons. p. num.* 135.

DCCCXXV.

Priuilegiatus IN DVBIO potius præsumitur vti iure communi, quam speciali *l. quamquam C. de testam milita. l. centurio vbi Castr. ff. de vulg. & pupil. Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *nu.* 545.

DCCCXXVI.

Priuilegium Principis IN DVBIO non solum dominium, sed etiam possessionem transfert in beneficium inuestiri, *Isern. in cap. p. sub num.* 2. *Quid sit inuestitura, Alex. cons.* 187. *num.* 17. *lib.* 2. *decis. cons.* 141. *num.* 4. *& cons.* 341. *num.* 14. *Affl. decis.* 299. *num.* 14. *&* 15. *gramat. decis.* 59. *num.* 15. *& num.* 29. *Menoch. cons.* 91c. *num.* 21. *cum seq. quos sequitur Illustriss. Regens Capyc. Galeota resp. Fisc.* 7. *num.* 2.

De

DCCCXXVII.

De Priuilegij Principis intellectu quando agitur, IN DVBIO coram eodem Principe terminanda est causa *Affl. in cap. p. apud quē quæstio feudi definitur post Bald. in cons.* 410. *lib.* 4. *Io. Vincent. de Anna singul.* 644.

DCCCXXVIII.

Priuilegium IN DVBIO censetur ad partis postulationem concessum per Principem *Bar. & Angel. in l. p. C. de pet. hoc subst. lib.* 16. *Zucard. cons.* 2. *num.* 9. *vbi num.* 24. limitat conclus. in concessione facta personæ dilectæ, vel propter benemerita, Quia tunc motu proprio concessum præsumitur priuilegium, *Cancer. lib.* 3. *var. resol. cap.* 3. *num.* 214. vbi limitationes alias etiam tradit.

DCCCXXIX.

Societas contracta per fratres in communione viuentes IN DVBIO simplex societas bonorum paternorum præsumitur non autem omnium bonorum Hector *Felic. tr. de societate cap.* 36. *nu.* 14.

DCCCCXLIII.

Societas tacitè per fratres contracta viuendo in communione, IN DVBIO causam quæstuariam tantum continere dicitur *Rol. cons.* 91. *num.* 51. *lib. p.*

DCCCCXLIV.

Socius emens rem aliquam IN DVBIO de propria pecunia emere præsumitur *Bal. in l. penult. C. si quis alteri vel sibi, quem sequitur Suarez tr. de bonis acquisitis viro, & vxori nu.* 31.

DCCCCXLV.

Socius IN DVBIO suam partem tantum in re communi possidere præsumitur siuè illius possessionem accipere *arg. l. merito ff. pro socio, Franc. Marchus decis.* 316. *num.* 6. *par. p.*

DCCCCXLVI.

Solitum factum fuisse IN DVBIO præsumitur *Bald. in rubr. C. de fide instrum. col.* 3. *Ripa in cap. cum M nu.* 45. *vers. Vltimo pro nunc de constit. Gabriel. cons.* 80. *nu.* 13. *& Cephal. cons.* 708. *nu.* 69.

DCCCCXLVII.

Spoliatus IN DVBIO quis non præsumirur, siuè quem spoliatū fuisse IN DVBIO non est dicendum *l.* 3. §. *cum in emittenda ff. de acquir. possess.* Quia vtilius quod est agenti censetur IN DVBIO quis velle, & facere *l. p. &* 2. *ff. de solut. Ludouis. decis.* 307. *num.* 10. *&* 11.

DCCCCXLVIII.

Spurius potius IN DVBIO, quam naturalis filius censetur,

Bimius

Bimius conſ. 308. *num. p.* Contrarium probat *Galin. de verb. ſignif. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 208.

Vide ſupra in verbo Naturalis.

DCCCCXLIX.

Statuta ità ſunt interpretanda IN DVBIO, vt iuri communi conueniant *l.* 2. *C. de noxali actione*.

DCCCCL.

Statutum IN DVBIO non cenſetur derogare diſpoſitioni legis, Hac edictali C. de ſecundis nuptijs; Quia requiritur expreſſa derogatio, vel ſaltem quod ſtatuti verba ſint taliter concepta, vt compati non poſſint cum dicta lege *Rota deciſ.* 432. *nu.* 3. & 4. *par. p. Gabriel. conſ.* 13. *num.* 10. *lib.* 2. *quos ſequitur Gratia. lib.* 3. *diſcept. for. cap.* 463. *num.* 2. & 3.

DCCCCLI.

Statuta ita interpretanda ſunt IN DVBIO, vt minùs per ea derogentur iuri communi cap. cum dilectus de conſuetud. *Rol. conſ.* 72. *num.* 35. *lib.* 3.

DCCCCLII.

Statuta in Eccleſiæ præiuditium IN DVBIO non censētur compræhendere bona Eccleſiaſtica *Bar. in l. vt iusiurandi* §. *ſi liberi nu.* 5. *verſ. Et ſi ceſſant ff. de operis libertorum Surd. deciſ.* 95. *nu.* 22.

DCCCCLIII.

Statutum IN DVBIO intelligi debet ſecundum naturam tituli *Bar. in l. Imperator ff. de in diem aditatur, quem ſequitur Alba conſ.* 258. *num.* 4. *lib. p.*

DCCCCLIV.

Statutum poſterius IN DVBIO trahitur ad prius confectum. *Carpa. in Præludijs ad Stat. Mediolani à num.* 317. *vſq; ad num.* 333. *quem ſequitur Bimius conſ.* 262. *num.* 23. *cum ſeq. lib.* 3.

DCCCCLV.

Statuta IN DVBIO condita non dicuntur ad correctionem iuris communis *l. ſi ſerui vbi Salic. C. de noxali Bar. in l. Cæſar. ff. de public. & habetur in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure Alcia. conſ.* 126. *ſub num.* 3. *lib.* 9. *tom.* 3.

DCCCCLVI.

Statutum tribuens executionem paratam instrumento IN DVBIO intelligitur contra personas in ipso instrumento nominatas, nõ autem contra tertios *Brun. de rebus dubijs num.* 34. *fol.* 35. *lib.* 18. *tract.*

DCCCCLVII.

Statutum excludens fęminas stantibus masculis IN DVBIO intelligitur, si masculus est in pari grudu cum fæminis, secus autem si remotior sit *Anchar. Iun. quæst. famil.* 60. *num.* 8. *lib.* 2.

DCCCCLVIII.

Statuentes motos fuisse pluribus rationibus ad ita statuendum IN DVBIO est præsumendum *Anchar. Iun. quæst. famil.* 60. *num.* 14. *lib.* 2. *post Gozadinum cons.* 104. *num.* 19.

DCCCCLIX.

Statuta IN DVBIO non se extendunt ad loca exempta etiam sita in territorio statuentium *Anchar. in repet. cap. si propter col.* 3. *vers. & ita faciunt de rescriptis, Socin. Sen. cons.* 271. *col. pen. vers. In simili dicimus, quos sequitur Rol. cons.* 33. *num.* 30. *lib.* 3.

DCCCCLX.

Statuta IN DVBIO non compræhendunt forenses, quoad ea, quæ eis prodesse possunt; Quia quoad ea quæ nocere valent neque illos ligant, vt post Guidonem de Suzara, & *Alex. probat. Rol. cons.* 79. *num.* 50. *lib.* 3.

DCCCCLXI.

Statutum excludens fæminas IN DVBIO censetur eas excludere, Vbi dotentur *Bal. cons.* 149. *col. fin. lib.* 5. *& in l. fin. num.* 5. *vers. Sed pone statuto col.* 3. *C. de dotis promiss. quem sequitur Pacian. cons.* 41. *num.* 8.

DCCCCLXII.

Stipulatio IN DVBIO interpretatur contra stipulatorem, cum poterat apertius loqui *l. quod quid adstringende & l. stipulatio ista* §. *in stipulationibus ff. de verb. obligat. Hodierna ad Surd. decis.* 322. *num.* 19.

DCCCCLXIII.

Superioris præceptum IN DVBIO iustum esse præsumitur ad excu-

excusationom exequentis, vt non admittat probationem in contrarium *Cyn. in l. rescripta num.* 11. *C. de precibus Imper. offer. quem sequitur Abbas cons.* 84. *num.* 7. *lib. p. & tradit Farin. quæst.* 97. *casu* 2. *inspect. p. num.* 44. *cum plur. seq.*

DCCCCLXIV.

Substituti fauore IN DVBIO est pronunciandum *Rol. cons.* 100. *num.* 47. *lib.* 2. *& post eum Cephal. cons.* 364. *num.* 69.

DCCCCLXV.

Substitutio IN DVBIO interpraetari debet continere vulgarē *cap. si pater de testam. Peregr. de fidicom. ar.* 19. *num.* 3.

DCCCCLXVI.

Substitutio IN DVBIO declarationem recipit ab institutione *l. cohæredi §. qui discretus, & l. si plures ff. de vulg. & pupil.*, *ac probat Menoch. cons.* 106. *num.* 362.

DCCCCLXVII.

Substitutio interpraetari IN DVBIO potius debet, vt sit directa, quam fideicommissaria maximè si facta fuit ad pias causas *cap. p. de testibus lib.* 6. *Abb. cons.* 59. *num.* 4. *lib. p.*

DCCCCLXVIII.

Substitutionis appellatione IN DVBIO intelligitur de simplici, & formali, *Bart. & catera in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & posth. Cephal. cons.* 410. *num.* 65. *lib.* 3.

DCCCCLXIX.

Pro substituto IN DVBIO præsumitur, quando mortuus est filius, & ei facta fuit substitutio pupillaris *l. ex pacto §. sin autē ff. ad Trebell. Caccialupus in repet. l. precibus C. de impub. & alijs substitut. num.* 58. *& ibi Sappia num.* 14.

DCCCCLXX.

Subscribens schedulæ IN DVBIO censetur habere scientiam contentorum in ea *l. pluribus ff. de verb. oblig. Natta in auth. hoc inter num.* 45. *&* 50. *C. de testam.* Itaut contrarium dicenti incumbat onus probandi *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 66. *num.* 29. *cum seq.*

DCCCCLXXI.

Subditorum fauore IN DVBIO fieri debet interpraetatio, vt minus

minus obligentur Domino, vtpotè causam libertatis tuentium *l. libertas ff. de reg. iur. & letè probat Crau. cons. 517. sub num. 9. vers. Nono, & vlt.*

DCCCCLXXII.

Subditus IN DVBIO illius Dominij præsumitur, in quo quis habitat *Rol. tr. de lucro dotis quæst. 22. num. 22. quem sequitur Carpa. ad stat. 311. num. 67. lib. p.*

DCCCCLXXIII.

Subditus IN DVBIO iustum esse bellum à suo Principe decretum, quem idcircò sequi debet credere tenetur; Cum IN DVBIO de iustitia belli aquiescere debeant subditi iuditio eius Domini, siuè Superioris; Cæteri verò qui non sunt subditi, cõmuni lege tenentur ad examinandam honestitatem actionũ, quas agrediaretur ita post alios probat *Sanchez in summa tom. 1. lib. 6. cap. 3. num. 15. & sequitur Azor instit. moral. tom. p. lib. 2. cap. 19. quæst. 9. & post multos alios tradit Diana lib. 4. resol. moral. tr. 3. cap. 7. vers. Tertia opinio.*

DCCCCLXXIV.

Subditus IN DVBIO non tenetur obedire Prælato, vbi dubium est iustam esse iussionem, vel conditionem, sub qua præcepit Prælatus, ita probat *Sanches in summa tom. 1. lib. 6. cap. 3. num. 47. quem sequitur Diana lib. 4. resol. moral. tr. 3. resol. 9. vers. Nota.*

DCCCCLXXV.

Subditi IN DVBIO habent præsumptionem pro se contra Dominum *Angel. cons. 377. col. p. per tex. in l. si quis procurat. C. de his qui per metum, Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 18. num. 697.*

DCCCCLXXVI.

Subinfeudationem nouam concedens, IN DVBIO sibi acquisiuisse dicitur ius de cognoscẽdis appellationibus, vbi nõ constet quid hactenus fuerit obseruatum *Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 5. num. 17.*

DCCCCLXXVII.

Subingressio IN DVBIO non est admittenda *Menoch. cons. 220. n. 4. & cõs. 269. n. 10. vers. Decimo, & tr. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 95. num. 3. & 4. & nouissimè tradit Barbatus tr. de fideicom. & maioratu par. 3. cap. 5. num. 15. in fine, & Fusar. de fideicom. quæst. 485. num. 131.*

Suspectus

DCCCCLXXVIII.

Suspectus IN DVBIO nemo est præsumendus *Rainer. de Forliuo in repet. l. Admonendi num. 5. ff. de iure iur.*

DCCCCLXXIX.

Suorum appellatione IN DVBIO de proximo intelligitur vsq; ad septimum gradum *glos. in l. si fæmina C. ad turpil. Bal. cons.* 80. *lib.* 4. *quem sequitur Prettus de interprat. vlt. volunt. lib.* 3. *dubit. p. solut.* 5. *num.* 42. *fol.* 238. *à ter.*

DCCCCLXXX.

TACENS IN DVBIO præsumitur consentire, ac ius sibi competens remittere *cap.* 2. *de atius lib.* 6. *Crau. cons. p. sub num.* 11. *& Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 710.

DCCCCLXXXI.

Temporis prorogatio ad soluendum legatum IN DVBIO hæredis gratia facta dicitur *l. eum qui ff. de annuis legatis vbi glos. & scrib. Se n. Bello de exunt. cap.* 69. *in fin. lib.* 2.

DCCCCLXXXII.

Tempore debito IN DVBIO facta præsumitur expeditio literarum ad benefitia, vt euitetur nullitas processus, vt post *Cassad. decis.* 3. *cum duabus seq. probat Gomez ad Reg. Cancell. in compendio vtriusq; signat. vers. Et est.*

DCCCCLXXXIII.

Tempus decem annorum, & abinde supre IN DVBIO lungum, & magnum arbitrari debet *Alex. cons.* 17. *num.* 2. *lib.* 4. cum Iudicis arbitrio hoc sit remissum, vt subijcit idem *Alex. num.* 2. *&* 3.

DCCCCLXXXIV.

Tempus à lege, vel statuto datum IN DVBIO cōtinuum censeri debet *Ias. in §. rursus num.* 61. *cum seq. instit. de action. quem sequitur Carp. ad Statutum* 487. *num.* 79. *lib.* 2. *Amatus decis.* 69. *num.* 10.

DCCCCLXXXV.

Tempus adiectum promissioni, siuè legato IN DVBIO adiectū præsumitur causa differendæ solutionis, non finiendæ obligationis *Bar. in l. eum, qui §. qui ita nu.* 2. *ff. de verb. oblig. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 40. *sub num.* 42. *vers. Sed hoc intelligit.*

Tempus

DCCCCLXXXVI.

Tempus præſens IN DVBIO denotare etiam debet futurum tempus *l. ſi cognatis ff. de rebus dubijs, ex probat Menoch. conſ.* 97. *num.* 29.

DCCCCLXXXVII.

Teſtamento IN DVBIO ſtandũ eſt *l. cũ precibus C. de probat. Iacobus Anton. Maurus alleg.* 55. *ſub num.* 4. Etiamſi ageretur de excluſione filiorum *Dec. conſ.* 11. *num.* 20. *& late tradit Cyriacus controu. iuris lib.* 3. *controu.* 405. *num.* 23.

DCCCCLXXXVIII.

Teſtamentum factum ad alterius interrogationem IN DVBIO minimè valet quando non conſtat fuiſſe ſcriptum teſtatore mandante, *Colleg. Patau. conſ. p. num.* 10. *&* 11. *inter conſil. diuerſ. vlt. volunt. lib. p. Crottus in repet. l. p. §. ſiquis ita num.* 21. *verſ. Septimus ff. de verborum obligat. Clar. in §. teſtamentum quæſt.* 37. *verſ. Tertius eſt caſus quos ſequitur Marta voto* 89. *ſub num. p. verſ. Ego quando.*

DCCCCLXXXIX.

Teſtatoris verba æquiuoca poſita in vna parte teſtamenti in vna ſignificatione ſi reperiuntur poſita in alia parte teſtamenti interprætantur IN DVBIO poſita eodem modo *Corn. conſ.* 203. *ſub num.* 2. *verſ. Facit ad prædicta lib. p.*

CCCCCXC.

Teſtamentum factum fuiſſe ſinè odio, & ira IN DVBIO præſumitur; Quia odium dicitur delictum, quod non præſumitur *l. merito ff. pro ſocio, & l. cum pater §. rogo ff. de lega.* 2. *& late tradit Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 39. *ſub nu.* 43. *Cyriacus lib.* 3. *controu.* 405. *nu.* 52.

DCCCCXCI.

Teſtator qui fideicommiſſum, vel aliud reliquit ad arbitrium hæredis IN DVBIO intelligitur ſe retuliſſe ad arbitriũ regulatum, nõ autem abſolute liberum, vt poſt *Bar. notat Dec. conſ.* 632. *nu.* 7. *Rota Rom. deciſ.* 640. *num.* 18. *cum ſeq. Menoch. de arbitr. qu.* 9. *nu. p. quos ſequitur Fontanel. de pactis nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 25. *num.* 286. *num.* 37. *lib. p.*

DCCCCXCII.

Teſtator IN DVBIO videtur prouidiſse familiæ ſuæ, & agnatis

&

& agnatis suis non autem de extraneis sensisse *Bart. in l. fil. famil. 27. cum pater ff. de legatis 2. & late probat Peregr. de fideicom. art. 22. num.* 20.

DCCCCXCIII.

Testatoris voluntatem non esse mutatam IN DVBIO dicendum est *l. cum hic status ff. de donat. inter virum, & uxorem Menoch. cons.* 151. *num.* 29.

DCCCCXCIV.

Testatus IN DVBIO quis non præsumitur de alienis bonis *Bart. in l. codicillis §. instit. ff. de leg. 2. Dec. cons.* 378. *num. p. & Cephal. cons.* 557. *nu.* 15. Cum IN DVBIO de eius hæreditate rogare testator intelligatur, ac de rebus suis disposuisse *Bar. in l. cum in testam. ff. de auro, & argento legato, & post nullus tradit Peregr. de fideicom. art.* 2. *num.* 44.

DCCCCXCV.

Testatoris verba, quæ referri possunt ad ipsum Testatorem, & ad hæredem IN DVBIO ad Testatorem referenda sunt *Bar. & Alex. post glos. in l. ex facto ff. ad trebell. idem Bar. in l. cum in testamento ff. de auro, & arg. lega. Curt. Iun. cons.* 5. *num.* 3. *lib. p.*

DCCCCXCVI.

Testatur IN DVBIO voluisse censetur se conformare cum dispositione iuris communis, *Petra tr. de fideicom. quæst.* 11. *num.* 40. *& Cephal. cons.* 333. *nu.* 28. *& nu.* 30. *Curt. Iun. cons.* 128. *nu.* 10.

DCCCCXCVII.

Testator IN DVBIO censetur voluisse eius descendentes succedere secundum dispositionem iuris communis, vel statutarij *Petra tr. de fideicom. quæst.* 11. *num.* 46. 59. *&* 86.

DCCCCXCVIII.

Testatoris affectio IN DVBIO eadem erga pronepotes prout erga nepotes præsumitur *Menoch. cons.* 124. *num.* 88.

DCCCCXCIX.

Testamenti verba IN DVBIO apposita censetur demonstratiue, non autem dispositiue *Bar. in l. centurio col. p. vers. Sed quidem ff. de vulg. & pupil. & in l. quacunq; §. mense ff. de leg. 2., Roma. cons.* 343. *col.* 3. *quos sequitur, Cran. cons.* 214. *n.* 6.

M.

Teſtamenti verbis IN DVBIO ſtandum eſt, quam præſumptæ voluntati teſtatoris *Celſus in l. labeo ff. de ſuppel. legata Cenal. commun. circa commun. quæſt. 762. num. 154. par. 2.*

M I.

In Teſtamento cancellatiꝭs factæ, præſumitur IN DVBIO factæ de conſenſu, & voluntate teſtatoris *Alex. conſ. 14. num. 16. lib. 6. & conſ. 104. num. 6. lib. 7.*

M II.

Teſtatoris diſpoſitio IN DVBIO trahenda eſt ad caſum magis neceſſarium quam proficuum, *Bal. cònſ. 35. poſt medium, verſ. Facit quia lib. 2. Crau. conſ. 21. num. 29. & poſt eos Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 350. num. 22.*

M III.

Teſtator IN DVBIO non videtur de re ſui hæredis diſpoſuiſſe, *Bal. conſ. 239. lib. 2. Crau. conſ. 25. n. 19. & conſ. 144. per totum verſ. Seq. Peregr. de fideicom. art. 6. num. 13.*

M IV.

Teſtator IN DVBIO cenſetur habuiſſe conſiderationem ad morem regionis, circa primogenituram, vel maioratum *Molina de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 27. & lib. 1. cap. 3. nu. 2. & poſt multos alios tradit Theſaur. Iun. quæſt. famil. 35. num. 44. lib. 1.*

M V.

Teſtatoris depoſitio interpretari IN DVBIO debet, vt partem potius quam totum adimere voluerit *Alex. conſ. 169. lib. 5. quem ſequitur Gabriel. conſ. 105. num. 4. lib. 1.*

M VI.

Teſtator IN DVBIO cenſetur æqualitatem ſeruare velle. Vide ſupra in verbo Æqualitas.

M VII.

Teſtatoris diſpoſitio IN DVBIO modalis potius, quam conditionalis præſumitur cū id vtilius ſit *Bar. Bald. Iaſ. & Rimin. in l. cum mota C. de tranſact. Gabriel. conſ. 5. num. 4. & poſt eos Peregr. de fideicom. art. 11. num. 114.*

Teſtatoris

M VIII.

Testatoris verba IN DVBIO sunt ita intelligenda, vt nihil sit in ijs superfluum *l. si quando ff. de lega. p. Curt. Iun. cons. 319. num. 26. cum seq. lib. 3.*

M IX.

Testator IN DVBIO præsumitur fecisse actum, quo minus lædat ius commune *l. serui vestri C. de nox.*

M X.

Testator IN DVBIO præsumitur per verba dubia ad fideicommissum apta velle libertatem seruo relinquere *l. generaliter §. si petitor ff. de fideicom. libert. Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 18. nu. 709.*

M XI.

Testator IN DVBIO præsumitur voluisse se conformare cum dispositione iuris communis, ita notatur *in l. heredes me §. cum ita ff. ad trebell. Gratian. lib. p. discept. forens. cap. 104. num. 60. & late probat Fontanel. de pactis nuptial. claus. 6. glo. 3. par. 2. num. 42. lib. 2.*

M XII.

Testatoris dispositio IN DVBIO regulatur secundum causam intestati *glos. & Doct. in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de lega. 1. Menoch. cons. 106. num. 83. & cons. 551. num. 8.*

M XIII.

Testamentum, si non constat, quod ex duobus præualeat IN DVBIO concludendum est pro non mutatione *Dec. cons. 90. in fi. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 37. num. 7. post Paris. cons. 61. in fi. lib. 2. & Crau. cons. 21. in fine quos sequitur Gratian. lib. p. discept. forens. cap. 48. num. 24.*

M XIV.

Testator IN DVBIO non præsumitur facere velle dispositionem inanem *Alex. cons. 171. sub num. 3. lib. 5. Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 19. num. 226.*

M XV.

Testamentum primum IN DVBIO non esse reuocatum pronuntiandum est, cum quis præsumatur persistere in priori deliberatione, *l. cum qui ff. de probat. tex. in l. cum hic status §. pænitentiam*

ff. de donat. inter Virum, & Vxorem, decis. cons. 168. *col.* 2. *Alcia. cons.* 19. *num.* 4. *Crau. cons.* 21. *in fi. Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 37. *num.* 7. *quos sequitur Gratian. lib. p. discept. forens. cap.* 48. *num.* 24.

Contrariũ tamen affirmat idẽ *Gratian. lib.* 4. *cap.* 605. *n.* 5. *concludendo cũ eodem Menoch. cons.* 1148. *n.* 3. testamentũ primum censeri reuocatum per secundum, & nouissime ex *Peregrino de fideicom. dist.* 18. *num.* 33. & 34. probat Fr. Merna ad Surdum *decis.* 38. *nu.* 13.

M XVI.

Testamentum validum esse IN DVBIO iudicandum *est l. etsi pars ff. de inoff. testam. Socin. Iun. cons.* 179. *num.* 14. & 15. *lib.* 2. *Mascard. de probat. conclus.* 1171. *Surd. cons.* 404. *num.* 10. *Raudens. decis. Pisana* 46. *n.* 18. *Marcius Medices decis. Senensi* 46. *n.* 18. *Petrus Ærodius lib.* 5. *rerum iud. tit. p. cap. p. in fine, & Cyriacus lib.* 3. *contron.* 407. *num.* 126. & *Moriscus inter cons. Fusarij cons.* 41. *nu.* 39. *Peregr. cons.* 45. *num.* 3. *lib.* 5.

M XVII.

Testator alienans rem legatã IN DVBIO alienasse censetur necessitate cogente ad hoc vt legatum ademptum non præsumatur *Menoch. de præsumpt. lib. p. præsumpt.* 167. *sub num.* 9. *Galia. cons.* 17. *num.* 7.

M XVIII.

Testatoris dispositio IN DVBIO interprætatur potius in casu conditionis, quam pœnæ *glo. p. in l.* 2. *ff. de his qui pœna nomine Menoch. cons.* 78. *num.* 12.

M XIX.

Testatoris voluntas IN DVBIO præsumitur solemnis *l. p. C. de fideicom. Galin. de verborum signif. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 705.

M XX.

Testatorem ex propriæ familiæ affectione, non alienæ ad constituendum fideicommissum motum IN DVBIO est censendum *Bar. in l. si cognat. num.* 2. *ff. de rebus dubijs, Molina de primog. Hisp. lib.* 3. *cap.* 9. & *post eos Peregr. de fideicom. art.* 20. *num.* 9. *in fi.* & *num.* 11. *quos sequitur Illustris, Regens Capyc. Galeota contron.* 11. *num.* 7. *cum plur. se q. lib. p.*

Testium

M XXI.

Testium dicta IN DVBIO ita sunt accipienda, vt euitetur omnis contrarietas *Bart. in l. de atate ff. de minor. & in l. labeo ff. de suppel. legata, Bal. in l. de quibus in fine ff. de leg. Rimin. Sen. cons. 559. num. p. lib. 3.*

M XXII.

Testis dictum IN DVBIO suppleri debet quantum fieri potest, non calumniandum *Bald. in l. labeo ff. de supell. lega. & late probat Dec. cons. 272. num. 2.*

M XXIII.

Testibus, qui numero prævalent IN DVBIO standum est, maximè si ad delicti exclusionem, aut excusationem deponunt *glo in cap. Clerici 11. distinct. Roma. cons. 441. col. p. Mazzol. cons. 2. num. 11. & cons. 51. num. 23. Rimin. Iun. inter cons. crim. diuers. cons. 136. num. 12. lib. p.*

N XXIV.

Testis deponens de fructibus, IN DVBIO intelligitur de fructibus deductis expensis, & oneribus *l. in fundo ff. de rei vendicat. Tiraquel. de retr. Linager §. 4. glo. p. num. [illegible]. cum seq. & Ludouis. decis. 273. num. 3. ac decis. 277. num. 7. vbi Addic. d. num. 3. lit. C. declarat intelligi de oneribus, & expensis necessarijs pro fructuum recollectione.*

M XXV.

Testes IN DVBIO intelliguntur esse contestes, si vnus deponit de mense Augusti, alius verò de mense Iulij si bene recordatur *Alex. cons. 185. lib. 7. Crau. cons. 78. num. 9. & Farin. quæst. 65. num. 75. Io. Vincent. de Anna singul. 634. post hæc scripta visus & Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 948. num. 27. Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 18. sub num. 156.*

M XXVI.

Testes instrumentarij IN DVBIO intelliguntur rogati, & vocati ad actum *Bar. in l. 2. §. homines ff. de vi bonorum raptorum, & in l. de his ff. de transact. ac in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig.*

M XXVII.

Titulus onerosus, non lucratiuus IN DVBIO iudicatur *Bar. in*

l. p.

l. p. ff. de transact. vbi Fulgos. & Ias. num. 16. Ratio est, quia dc tio præsumi non solet *l. eleganter* §. *qui reprobos ff. de pignor. act. Cr conf.* 869. *nu.* 7. *lib.* 5. *& probat* Illustriss. Præses Picenardus in al get. pro Ciuitate Cræmonæ, ne ad Anatam teneretur ratione it aquarum sibi in Pace Constantiæ concessi.

Contrarium tamen probat *Casta de facti scientia, & ignor. reg.* 1 *num.* 19. *& in tract. de portione rata quæst.* 54. *num.* 7. Verum pri sententia verior mihi videtur cum frequentius contingat fieri conce siones titulo oneroso quàm lucratiuo à quo frequentiori stilo sumen da est semper interpretatio.

M XXVIII.

Torturæ locum non esse inditiorum deffectu IN DVBIO di cendum est *Farin. quæst.* 37. *num.* 3.

M XXIX.

Tributa antiquitus imposita IN DVBIO soluenda sunt etiam in foro conscientiæ, Noua verò vbi manifeste non habeant causam iustam, fraudari possunt in foro poli, *Villalobos in summa tom. p. tr. p. difficult.* 26. *num.* 3. *& tom.* 2. *tr.* 8. *difficult.* 13. *num.* 11. *Ludou. Carbon. tr. de iustitia, & iure tom.* 3. *tr.* 2. *disp.* 274. *n.* 7. *quos sequitur Diana resol. moral. par.* 4. *tr.* 3. *resol.* 39.

M XXX.

Trebellianicæ detractio IN DVBIO deneganda est, *Corn. conf.* 182. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 2. *Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 12. *quos sequitur Surd. de alim. tit.* 9. *quæst.* 25. *nu.* 87.

M XXXI.

Trebellianica IN DVBIO prohibita non censetur, cum pleriq; grauissimi viri tenuerint eam non posse prohiberi *Ias. conf.* 146. *col.* 2. *in fine lib.* 3. *& expresse tradit Socin. Iun. conf.* 170. *num.* 52. *lib.* 2. *& diximus nos in tr. de æquitate lib. cap. nu.*

M XXXII.

Transmissionis fauore IN DVBIO iudicandum est *l.* 1. *ff. de cond. & demonst. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 5. *n.* 12. *Gioagn. conf.* 79. *num.* 18. *&* 53. *& conf.* 82. *num.* 74. *lib.* 1., *& Peregr. de fideicom. art.* 31. *num.* 21.

M XXXIII.

Tutor IN DVBIO dotem dedisse præsumitur pupillæ, ex bonis eiusdem pupillæ *l. cum post* §. *p. & ibi Bart. ff. de administr. tutorum, & late probat Card. Mant. de tacitis, & ambig. lib.* 12. *tit.* 19. *num. p. & num.* 5.

M XXXIV.

Tutor IN DVBIO præsumitur mouisse litem animò calumniandi, ac iniustè, & temere *glos. in l. si bona C. de administr. tut. tex. in cap. p. de electione lib.* 6. *Ceual. tit. de tut. & curat. cap. p. num.* 50. *pag.* 28.

M XXXV.

Tutori interdicenda potius est adminstratio IN DVBIO suspitionis contra ipsum propositæ, quam illi dandus adiunctus *Gratus cons.* 44. *num.* 15. *lib. p. quem sequitur Menoch. de arbr. casu* 174. *nu. p. cum seq.* Vbi à Iudicis arbitrio hoc pendere concludit, & post eos tradit *Grat. lib.* 3. *discept. forens. cap.* 532. *num.* 35. *& ibi num.* 33. scribit quod remotio tutoris ob fraudem irrogat ei infamiam, secus si ob colpam, vel negligentiam iuxta *tex. in* §. *suspectus autem instit. de susp. tutor.*

M XXXVI.

Tutor creditor pupilli IN DVBIO sibi satisfecisse præsumitur *l. & si damnum* §. *peculium ff. de pecul. Affl. decis.* 13. *num.* 16. *quem sequitur Caualc. tr. de tut. & curat. sub num.* 181.

Non procedit tamen conclusio, nisi duobus concurrentibus copulatiue, videlicet quod Tutor fuerit creditor Patris pupilli, & quod probetur ad fuisse pecuniam, ex qua commode sibi soluere potuerit *tex. in l. quoties* §. *sicut autem ff. de administr. tut. Laurentius de Pinu cons.* 60. *num.* 14. *& Gutier. de tut. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 48. *cum seq. quos sequitur Illustriss. Regens Capyc. Galeota controu.* 28. *num.* 29. *lib. p.*

M XXXVII.

Tutoris administrationem esse interdictam IN DVBIO pronuntiare debet Iudex quando proposita fuit contra illum suspitio ob omissionem in inuentario alicuius rei hæreditariæ, & similium non autem illi dare adiunctum, vt post alios probat *Gratia. lib.* 3. *discept. for. cap.* 533. *num.* 35.

Tutior

M XXXVIII.

Tutior pas IN DVBIO elligenda est *cap. iuuenis de spons.* c *cap. si quis, distinct. 7. de penit.* Distingui tamen debet inter DV BIVM propriæ, & simpliciter, atquè DVBIVM abstractū idc speculatiuum, & tunc sequi, quis potest partem tutiorem *Diana lib 4. resol. moral. tr. 3. resol. 3. per totum*, Qui in sequenti resolution tradit exemplum; quod si dubitatur an casus sit reseruatus, tutior est cauere ab absolutione.

M XXXIX.

Turbationem possessionis IN DVBIO non adesse declarari debet *Cephal. cons. 661. num. 54. cum plur. seq. & num. 82. quem sequitur Ruginel. pract. quæst. cap. 47. num. 81.*

M XL.

VASALLVS duorum Dominorum IN DVBIO neutri inseruire debet, quando ignoratur, cui primo factum fuit homagium *l. si fecerit ff. de rebus dubijs*.

Vide supra in verbo Feudatarius.

M XLI.

Verbis edicti IN DVBIO seruire debemus *l p. §. si is qui nauem ff. de exercit. Ias. cons. 137. col. p. & cons. 147. col. p. lib. 4. Rebuff. ad Constit. Regni tract. de consuetud. in præfatione nu. 64. quos sequitur Galia ad consuetud. Alex. verbo legare quæst. 8. num. 99.* Nequè recedendum ab ea IN DVBIO probat *Alex. cons. 15. num p. lib. 9. tom. 3.*

M XLII.

Verbis legis IN DVBIO est aderendum, & standum *l. non aliter ff. de lega. 3. Cyti. in rubr. ff. de off. procur. Cas. num. 2.*

Contrarium tamen probat idem *Galia loco relato num. 114. post Alex. cons. 15. num. 4. lib. p.* dum à verbis legis esse recedendum cōcludit, quando mens, & ratio legis aliter determinat ex Cicerone pro Aulo Cecinna dicente; Si verba sequi volumus, si ad verbum rem attingere nos labi necesse est; Cum enim voluntas, & consilium & sententiam interdicti intelligatur; Imprudentiam summam, aut stultitiam singularem putabimus in verborum errore versari, rem, & causam, & vtilitatem conuicem non relinquere solum, sed etiam perdere.

Ver-

M XLIII.

Verba IN DVBIO interprætanda sunt contra venditorem, qui clarius loqui potuit siuè pacisci l. veteribus ff. de pactis *Bal. conf. 395. sub n. 7. vers. Certe dicet lib. 2.*

M XLIV.

Verborum propriæ significationi IN DVBIO seruire debemus *l. p. §. si is qui nauem ff. de exercit. act. l. non aliter ff. de lega. 3. Castrens. conf. 237. num. 2. lib. p. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. num.* 8. Quia IN DVBIO accipienda sunt propriè, & in specie non autem in genere, vt tradit Illustriss. Regens Capyc. Galeota *contr. 10. num. 8. in fi. lib. p. vbi num. 9. ex Alex. in rub. ff. sol. matrim. num.* 22. distinguendum putat inter materiam fauorabilem, & odiosam subijcitquè nu. 10. quod in materia indifferenti IN DVBIO verba accipiuntur in genere, non autem in specie.

M XLV.

Verbum assignare est IN DVBIO interprætandum, vt potius significet ratione custodiæ, quam vt dominium transferatur *l. p. C. ne pro dote mul. alter in l. si noxali §. p. ff. de pecul. facit l. p. in fi. C. de iure dotium impet. Alcia. conf.* 128. *num.* 2. *lib.* 5. *tom.* 2. Vbi tamen contrarium verius esse concludit, quod scilicèt assignatio facta sit causa dominij, quando præcessit causa habilis ad illud transferendum *l. dotis fructus §. fin. & l. seq. ff. de iure dotium.*

M XLVI.

Verba testatoris IN DVBIO sunt ita intelligenda, vt nihil sit in ijs superfluum *l. si quando ff. de lega. p. Curt. Iun. conf. 319. n. 26. lib. 3.*
Vide supra in verbo Testatoris.

M XLVII.

Verba à testatore prolata, naturaliter, non ciuiliter IN DVBIO intelligenda sunt *l. qui habet ff. de tutelis l. de fideicommisso ff. de condit. & demonstr. ac l. vlt. C. ijs qui veniam ætatis impetr. ac late probat Menoch. conf. 981. num. 16. & 17. Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 834. num. 2. Fusar. de substit. quæst. 387. num. 34. post Pereg. conf. 17. num. lib. 6.*

M XLVIII.

Verba in qualibet dispositione prolata IN DVBIO naturaliter

 accipi

accipi debent *Crottus in repet. l. Gallus num.* 59. *ff. de liber. & posth.*

M XLIX.

A Verborum proprietate IN DVBIO non est recedendum *arg. l. non aliter ff. de legat.* 3. *Alex. Trentacinq. var. resol. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 31. *sub num.* 7. *vers. Quarto, & vlt. post media præsertim in contract. Neuiza. cons.* 92. *num.* 11.

M L.

Verba demonstratiue potius, quam taxatiue posita IN DVBIO præsumuntur *Bart. in l. Centurio num.* 31. *ff. de vulg. Castrens. cons.* 417. *num.* 2. *lib.* 2. *Rota diuers. decis.* 684. *num.* 4. *par. p. Beron. cons.* 17. *num.* 16. *&* 17. *lib. p. quos sequitur Gratian. lib.* 5. *discept. forens. cap.* 937. *num.* 28. *Menoch. cons.* 215. *num.* 55.

M LI.

Verba IN DVBIO intelligenda sunt, vt saluetur ratio recti sermonis *Bart. in l. placuimus ff. de auro, & arg. lega. Anchar. & cæteri in cap. vnico de Cleric. coniug. late Gratian. lib.* 2. *discep. for. cap.* 229. *num.* 19.

M LII.

Verba IN DVBIO secundum latinam significationem vbi latine sunt concepta intelligi debent *Menoch. cons.* 215. *num.* 66.

M LIII.

Verba IN DVBIO interpretanda sunt ad delicti exclusionem *l. merito ff. pro socio, Petrus Antonius Anguissola cons.* 9. *num.* 7. *lib. p. Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 39. *sub num.* 43. *in fine*.

M LIV.

Verba IN DVBIO referri debent ad defunctum idest ad testatorem non ad succedentem *l. ex facta ff. ad trebell. Bar. in l. cum in testamento ff. de auro, & arg. legato, Alcia. cons.* 12. *nu.* 9. *lib.* 2. *tom. p. & Menoch. cons.* 124. *num.* 3.

Vide supra in verbo Proximitas.

M LV.

Verbum disponere in testamentis, IN DVBIO referri debet ad actum vltimæ voluntatis §. *ex hære datio in auth. de hæred. & falcid. Affl. decis.* 272. *num.* 12. *&* 13. *Peregr. de fideicom. art.* 40. *num.* 38.

Vide supra in verbo Disponere.

Verba

M LVI.

Verba prolata in testamento, quæ referri possunt ad testatorem, & ad hæredem IN DVBIO refferenda sunt ad testatoris personam, non ad hæredem *l. ex factum & ibi glo. in verbo sine ff. ad trebell. Curt. Iun. cons.* 5. *num.* 3. *Seraf. decis.* 553. *nu.* 5. *cum seq. Card. Mant de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 14. *Thesaur. decis.* 641. *in fi. Peregr. de fideicom. art.* 32. *num.* 83. *vers. Rest. & post eos Gioagn. cons.* 22. *num.* 7. *lib.* 2. Vide supra in verbo Proximitas, & verbo Testator.

Verba testamenti siue fondationis primogeniturae, vide supra in verbo Testamento.

M LVII.

Verbis contractus IN DVBIO melius est seruire, quia hoc naturalis ratio suadet *l. iurisgentium §. pactorum ff. de pactis, & probat. Bald. cons.* 395. *num.* 2. *lib.* 2.

M LVIII.

Verba interprætanda IN DVBIO potius debent in vim modi, quam conditionis *Bart. & cæteri in l. cum mora C. de transact. Alcia. cons.* 5. *num.* 4. *lib.* 3. *tom. p.*

M LIX.

Verba libelli ambigua IN DVBIO recipiunt interprætacionem ex agentis intentione, idest libellantis *l. si quis intentione ff. de iudic. Alcia. cons.* 31. *num.* 18. *lib.* 6. *tom.* 2.

M LX.

Verba testis IN DVBIO interprætari debent contra producentem cap. præsentia de probat. *l. non hoc C. vnde legit. Alcia. cons.* 8. *num.* 10. *lib.* 7. *tom.* 2.

M LXI.

Verba IN DVBIO interprætari debent in meliorem, & benigniorem sensum *cap.* 2. *de reg. iur. Menoch. de præsumptionibus lib.* 4. *prȩsumpt.* 39. *num.* 44.

M LXII.

Venditor rem tradens IN DVBIO præsumitur habuisse fidem de pretio *l. si soluturus ff. de solut. Galin. de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 18. *nu.* 244.

M LXIII.

Vendens rem aliquam alienā IN DVBIO censetur illā alieno nomine vendere, secus si simpliciter rem vendidisset non expresso quod erat aliena, casus est *in l. si ab vno C. de negot. gesto, & in l. familia C. famil. erciscunda, Bart. & Bald. in l. mater C. de rei vendic. facit l. siquis domum §. fin. ff. locatū, & l. ratio ff. de action. empti, ample Tabia de Monte in tr. de empt. & vendit. quæst. 3. princip. n. 29. fol. mihi 45.*

M LXIV.

Venditionis appellatione, IN DVBIO venit venditio libera, nō coacta quæ propriè non est venditio, *Thesaur. Iun. quæst. famil. 39. in fine lib. p. quem sequitur Illustriss. Regens Capyc. Galeota controu. 46. num. 7. lib. p.*

M LXV.

Vendito vase IN DVBIO intelligitur de vase integro, & incorrupto *l. tenetur §. sed si vas ff. de actionibus expl.*

M LXVI.

Venditum id omne IN DVBIO videtur, quod venditor habet in re vendita tempore venditionis *l. 2. §. p. ff. de hered. act. vend. l. rutilia, & l. in l. ff. de contrah. empt. Bimius cons. 12. num. 2.*

M LXVII.

Vendere velle rem iusto pretio IN DVBIO quis præsumitur, & potius quod est minoris prætij pluris vendere *l in causa §. penult. ff. de minor. l. item si in pretio §. quemadmodum ff. locati Menoch. lib. 3. præsumpt. 122. num. 83.*

M LXVIII.

Vendito Castro IN DVBIO iurisdictio vendita censetur, tanquam cohærens ipsi Castro; Nisi pretij modicitas aliud suaderet *Bart. in l. inter eos ff. de acquir. rerum domin. Valascus in repet. l. Imperium num. 55. ff. de iurisd. omn. Iud. Couaruu. pract. quæst. cap. 6. num. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 97. num. 46. cum seq.*

M LXIX.

Verisimile, quod est IN DVBIO actum intelligitur, etiamsi verba aliquantulum torquerentur *Alba cons. 207. num. 12. cons. 280. num. 19. & cons. 289. num. 6. quem sequitur Bimius cons. 393. nu. 10.*

Veri-

M LXX.

Verisimilius quod est, plerumq; IN DVBIO fieri solet, atquè inspicitur in obscuris, & sic à communiter contingentibus oritur præsumptio *l. nam ad ea & l. ideo vbi gl. ff. de legibus, l. neque naturales C. de probat. & diximus nos in tr. de æquitate cap.* 176. *nu.* 15. *lib.* 2. Vbi in obscuris inspici, quod verisimilius est, & plerumq; fieri solet affirmauimus *ex cap. inspicimus de reg. iuris lib. 6. Abb. in cons.* 82. *col.* 3. *lib. p.*

M LXXI.

Verisimilius quod est, IN DVBIO etiam in stipulationibus sequi debemus *glo. in l. veteribus ff. de pactis, Ias. in l. stipulatio ista §. in stipulationibus num.* 4. *ff. de verb. obligat. Card. Mant. de tacit., & ambig. lib.* 14. *tit.* 29. *num.* 16. *& num.* 23. *par.* 2.

M LXXII.

Vestes preciosæ, & magni pretij IN DVBIO donatæ non censentur per virum vxori, sed tantum ratione vsus traditæ, vt vxor incedat ornatior *l. sed si vir lana ff. de donat. inter virum, & vxor. & l. vtrum ff. de pactis Roma. cons.* 146. *sub num. p. vers. Aut vestes, & sequitur Carpa. adstat.* 291. *num.* 82. *cum sequitur lib. p.*

M LXXIII.

Veritatem, qui aliter probare non posse affirmat, quam per iuramentum tenetur IN DVBIO hanc qualitatem probare, *Orian. in cap. quoniam in verbo testium depositiones num.* 44. *de probat. & diximus nos in tr. de æquitate cap.* 142. *num.* 15. *lib.* 2.

M LXXIV.

Vir legans vxori IN DVBIO non censetur legare pro dote, & ideo vtrumquè consequitur vxor *l. p. §. primum itaquè C. de rei vxor act. & probat Castrens. cons.* 224. *lib.* 2. Quia alias inutile diceretur legatum, quod non est præsumendum, vt dictum fuit supra in verbo legatum.

M LXXV.

Viuere more Longobardorum, IN DVBIO quis præsumitur circa feudorum successionem, quia eo iure omnes filij admittuntur ad successiones paternas Iure vero Francorum dicitur ius speciale, & onerosum *Maranta in eius pract. par.* 3. *princip. & sequitur Marcellus de Mauro alleg.* 42. *sub n.* 4.

Vi-

M LXXVI.

Viuere is IN DVBIO præsumitur, de cuius morte dubitatur; Quia paria sunt testatorē viuere, & DVBITARE de ius morte *glo. magna in l. p. C. de pactis l. sed & si mors ff. de donat. inter virum, & vxorem l. vxor quæ C. de repud. Iodoch. in exchirid. ter vlz. com. opin. vers. Testatoris mors dubia lib. p. pag.* 402.

M LXXVII.

Viuere ad centum vsquè annos quemquam IN DVBIO non est dicendum quamuis id esse possit *Areti. in l. sed si de sua col.* 4. *ff. de acquir. hæred. Corn. cons.* 119. *col.* 2. *vers. Et quod dicitur, & cons.* 340. *col.* 3. *vers. Et sic non præsumitur lib. p. Capyc. decis.* 4. *num.* 18. *Gozad. cons.* 68. *num.* 6. *latiss. Arrius Pinel. in repet. l.* 2. *p.* 4. *num.* 32. *C. de rescind. vend.* & hanc esse cōmunem opinionē scribit *Suarez in Thesauro recept. sent. vers. Vita num.* 66. *licèt in contrarium citetur tex. in l. fin. C. de Sacros. Eccles.*

Multi tamen passim contrarium tradunt, dicentes quod hominis vita vsquè ad centum annos durare præsumitur quos refert *Dec. cons.* 204. *n.* 4. *& cons.* 175. *n.* 10. *qui communem, & veram esse hanc conclusionem scribit.*

M LXXVIII.

Victricus qui alimenta præstitit priuigno IN DVBIO animo repetendi præstitisse dicitur, non donandi *glo. in l. si paterno in verbo repetiturus C. de negotijs gestis, & ibi Bal. num.* 3. *Iun. in l. nesennius ff. eodem tit. & sequitur Surd. de alim. tit.* 6. *quæst.* 11. *num.* 4. *post Corn. cons.* 265. *num.* 7. *in fi. & num.* 14. *lib. p.*

M LXXIX.

Per Vicinos datum fuisse damnum in agro IN DVBIO præsumendum est *Bar. in l. si ita* §. *vlt. ff. de fundo instr. Guido Papa in tr. de præsumpt. num.* 108. *Calcan. cons.* 63. *cum tribus seq. Socin. Sen. cons.* 54. *col. penul. lib.* 3. *Menoch. cons.* 384. *num.* 6. *Gramat. cons.* 22. *num.* 4. *cum seq. Tiraquel. de pænis causa* 23. *num.* 11. Præsertim vero hoc locum habet concurrente inimicitia inter ipsos vicinos vt subijcit *Menoch. num.* 7.

M LXXX.

Vinum vendens IN DVBIO præsumitur ea conditione vendere,

re,vt ante vindimias euacuetur dolium *l. p. §. fin. ff. de per. & commod. rei vendite Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 18. num. 755.*

M LXXXI.

Virgo IN DVBIO ea præsumitur, quæ fuit ſtuprata niſi contrarium probet ſtuprator *Abb. in cap. p. nu. 5. de adulter quem sequitur Clarus in §. ſtuprum verſ. Sed pone.*

M LXXXII.

Vnio armorum facta IN DVBIO præſumitur ad malum finem, *Natta conſ. 665. lib. 4. quem ſequitur Baiard. ad Clarum quæſt. 83. verſ. Vim. publicam num. 14.*

M LXXXIII.

Vnitas, non pluralitas perſonarũ IN DVBIO præſumitur *Alex. conſ. 88. num. 27. & ibi addicitur, Aret. conſ. 37. verſ. maxime propter, Dec. conſ. 36. num. 4. Roſental. de feud. cap. 2. quæſt. 31. in glo. fin. Crau. 269. num. 3. Menoch. de arbitr. caſu 93. num. 32. per l. inter ſtipulantem §. ſtichum ff. de verb. oblig.*

Faciunt tradita ſupra in verbo Pluralitas.

M LXXXIV.

A Vocabuli propria ſignificatione IN DVBIO non eſt recedendum, tàm in contractibus, quàm in Statutis; Præſertim ſi illa conueniat cum communi loquendi vſu, ita probat Illuſtriſs. Regens Capycius Galeota *controuerſ. 47. num. 26. lib. p.*

M LXXXV.

Vſque dictio IN DVBIO includit, ſiue incluſiuè ponitur; Diſtinguunt tamen multi inter odioſa, & fauorabilia, cum in fauorabilibus locum habeat concluſio, non in odioſis, ita probat *Bar. in l. patronus §. Sempronius ff. de lega. 3.*

Præſertim vero hoc intelligitur in materia generationis, ſiuè familiæ, quando agitur de cauſa fauorabili; Quia in odioſis contrarium eſt affirmandum *cap. quibuſdam §. Sar. de pœnis, verſ. Vſquè ad quartam generationem, vt explicat Barbat. in cap. potuit de locato, & in repet. l. cum acutiſſimi num. 131. C. de fideicom.*

M LXXXVI.

Vſurarius IN DVBIO non eſt iudicandus contractus, *Imola in l. in inſulam §. vſuras num. 26. ff. ſol. matrim. Alex. conſ. 200. num. 4. & 5.*

lib. 6. & sic ad delict. exclusionem vt supra dictum fuit in ver. relictum, Ita in specie probat Manent de cens. quaest. p. pacto 15. n. 6

M LXXXVII.

Vsurarius IN DVBIO non praesumitur contractus, sed liciti & permissus in foro contentioso *Grau. cons. 125. sub nu. 2. & 5. Gali. de verb. signif. lib. 5. cap. 19. num. 237.*

M LXXXVIII.

In Vtero existens pro nato habetur in fauorabilibus IN DVBIO *Brun. tr. de rebus dubijs num. p. lib. 18. tract.*

M LXXXIX.

Vulneratum IN DVBIO mortuum minimè fuisse ex vulnere dicendum est, *Bald. cons. 328. in fi. lib. 2. Dec. cons. 415. num. p. Gramat. cons. 49. num. 2. & Menoch. de arbitr. casu 275. nu. 2.*

M XC.

Vulneratus si quis fuit in rixa in qua multi interuenerunt, & ignoratur à quo praecise; Nemo IN DVBIO de vulnere tenetur *glo. in l. Item mela* §. *sed si plures, in verbo Iulianus ff. ad l. aquil.*

M XCI.

Vulnerati assertionem IN DVBIO non esse sufficiens inditium ad torturam dicendum est ita probat *Feder. Scottus cons. 7. num. 15. lib. 9. tom. 2.*

Contrarium tamen verius aliquibus concurrentibus, vlz. vel quod nullus fuerant praesens delicto, vel, quod iurata sit vulnerati assertio, & in ea perseuerauit vsquè ad mortem, Vel praecederet inimicitia cum imputato, & similibus de quibus nos *in tr. de aequitate cap. 132. num. 4 cum plur. seq. lib. 2.*

Vide supra in verbo Assertio vulnerati.

M XCII.

Vxoris bona IN DVBIO parafrenalia praesumuntur, *Bald. in cons. 69. sub nu. 2. lib. 5. Cephal. cons. 122. sub nu. 17. quos sequitur Galin. de verb. signif. lib. 5. cap. 18. num. 126.*

M XCIII.

Vxor quae prostituitur IN DVBIO non animo iniuriandi, sed libidinis causa praesumitur diuenisse ad dictum actum *Corn. cons. 51. in hoc num. 3. lib. p.*

Vxor

M XCIV.

Vxor, quæ cum marito in solidum se obligauit, præsumitur IN DVBIO fideiussorio nomine promisisse *arg. l. si liqueat, & ibi Bald. & Salic. C. de inoff. donat. idem Bal. in l. fin. C. de dote promissa Crau. cons. 77. Natta cons. 552. num. 2. Valasc. decis. 127. num. 6. lib. 2. Cancer. var. resol. lib. 4. cap. 15. num. 115. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 17. num. 6. par. 2. & affirmauimus nos in tr. de æquitate cap. 152. num. 2. & cap. 153. num. 16. cum seq. lib. 2.*

M XCV.

Vxor vidua IN DVBIO habitare censetur in domo per virum conducta iure familiaritatis, si habitat cum filijs *Caroc. tr. de locato, & conducto par. 2. tit. de matre quæst. p. num. 2. in fi.*

Vide supra in verbo Habitans.

M XCVI.

Vxor insistens retentioni bonorum viri IN DVBIO insistere censetur vt sua dos conseruetur *l. si inter ff. de reb. dubijs, Menoch. lib. 6. præsumpt. 50. num. 6. & 7. & Caroc. decis. 21. num. 35.*

M XCVII.

Vxor quid quid acquisiuit constante matrimonio IN DVBIO acquisiuisse præsumitur ex bonis viri, ad euitandam suspitionem turpis quæstus *l. quintus ff. de donat. inter virum, & vxorem, & l. etiam C. eodem tit. & cap. significaret eodem tit. Zasius cons. 5. nu. 21. lib. p.* Idcirco huiusmodi bona erunt mariti; Vel eius hæredum vt probat *Misinger. singul. obseru. 92. num. p. cum seq. centur. 2.* vbi conclusionem limitat in vidua post annum luctus. Et in concubina *ex Cremensi singul. 5. & Ripa in l. fœmina nu. 40. C. de secundis nupt. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 28. & diximus nos in tr. de æquitate cap. 64. num. 32. lib. p.*

Prout restringit etiam conclusionem idem Auctor, vt ea tantum procedat fauore mariti, & eius hæredum, qui possunt obijcere vxori quod bona acquisita fuerunt ex pecunijs viri; Et consequenter huiusmodi obiectio fieri nequit per extraneum, aut aliam personam, *ex Baldo in l. si vxorem col. vlt. C. de condit. insertis.*

ADDITIO AD SINGVLVRIA

A

M XCVIII.

Alienatio bonorum fideicommisso suppositorum IN DVBIO facta pro necessitatibus præsumitur *Alex. cons. 168. num. 5. lib. 6. Socin. Iun. cons. 162. num. 42. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 147. num. 20. lib. 4. Honded. cons. 61. num. 22. lib. p. & cons. 77. num. 23. lib. 2. quos sequitur Fusar. de substit. quæst. 535. num. 30.*

C

M XCIX.

Collationis fauore IN DVBIO iudicari debet ad inducendam æqualitatem iure naturali requisitam, ac ciuili & prætorio summopere dilectam *Decian. cons. 22. num. 17. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 2. à nu. 5. vsq; ad 15 quos sequitur Gioagn. cons. 83. nu. 68. lib. p.*

D

M C.

Donatio IN DVBIO semper præsumitur inter coniunctos *l. si seruus communis in fi. ff. de donat. inter virum, & vxorem Fusc. singul. 116. lit. B pag. 180.*

M CI.

Dictio eius posita post verbum Auum, & post verbum Patrem IN DVBIO ad vtrunq; refertur *Corn. consilio 286. sub nu. 4. vers. Item quia lib. p.*

E

M CII.

Emptio rei ex pecunia hæreditaria IN DVBIO subiacet restitutioni fideicommissi à testatore ordinati *l. item veniunt ff. de petitione hæredit. Peregr. de fideicom. art. 44. sub num. 28. vers. Aut sumus in dubio*

Pro

I

M CIII.

Pro Inuentarij validitate IN DVBIO iudicandum est, quia IN DVBIO semper pro actus validitate tenenda est opinio *l. quoties ff. de rebus dubijs Achil. decis.* 303. *sub num.* 11. *quem sequitur Gioagn. cons.* 19. *num.* 17. *lib.* 2.

L

M CIV.

Legata IN DVBIO relicta præsumuntur ab hærede, non autem à fideicommissario, quoad effectum deducendi quartam, etiam delegatis, & ad eorum diminutionem licèt facta restitutionem ante solutionem legatorum possint legatarij agere contra fideicommissarium *l. fin. C. ad Trebell. Bart. in l. Marcellus col.* 2. *§. idem Pomponius ff. ad Trebell. quem sequitur Peregr. decis.* 99. *sub num.* 3. *vers. Item respondetur.*

M

M CV.

Mulier virgo potius quam vitiata IN DVBIO præsumitur *Galua. cons.* 28. *num.* 15. *& num.* 69.

M CVI.

Maritus IN DVBIO præsumitur possidere rem vti propriam vbi non appareat etiam esse possessam ab vxore *Valasc. in praxi pertic. cap.* 6. *num.* 4.

P

M CVII.

Pignus potius quam datio in solutum IN DVBIO præsumitur quando facta fuit assignatio, seù cessio bonorum creditori *Ludouis. decis.* 194. *num.* 11. *&* 12., *ac Hodierna ad Surdum decis.* 266. *num.* 20.

Ad

Ad singul. XXXXVIII. Incipiens Alienatio facta per possessorem. Additur, quod declaratur conclusio, vt locum habeat, quando facta fuit alienatio in magno excessu; aut facta est donatio, maximè sine causa *l. omnes §. p. ff. quæ in fraudem cred. Osasc. decis. 180. nu. 7. Crau. cons. 193. nu. 5. Menoch. præsumpt. 3. num. 97. lib. 4. & late probat Baudens. cons. 38. nu. 44. lib. 2. quem sequitur Fusar. de subsist. quæst. 558. num. 27.*

FINIS.



MEDIOLANI,

Ex Typographia Ludouici Montiæ ad Plateam Mercatorum 1651.

SVPERIORVM PERMISSV.